

12

5




[Faint handwritten scribbles]

90 61

~~C. Augustus ...~~
~~...~~

~~R. ...~~



D E
OBLIGATIONE
 SACERDOTIS,
 Quoad bonitatem, ac scientiam,
 TRACTATUS INSIGNIS.

A V T O R E
CAROLO DE BAVCIO
 SACERDOTE CAPVANO.

In quo

Primò, agitur de præstantia dignitatis sacerdotalis.

Secundò, agitur de bonitate, qua debet esse præditus sacerdos.

Tertiò, agitur de damno, quod laicis causat sacerdos, medio suo pravo exemplo.

Quartò, agitur de ordine.

Quintò, agitur de obligatione Sa-

cerdotis, idest, quid teneatur scire Sacerdos sub pœna peccati.

Sextò, agitur de miscellaneis casuum conscientia pertinentium ad Sacerdotes, & primò de rebus necessarijs ad celebrandam Missam, necnon de sacrificio Missæ.

Amicus Navi

Magdalenæ De Urbe



Neapoli, Apud Octavium Beltranum. 1639.

Superiorum Permissu.

Expensis Francisci Balsami.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

1950

1950

1950

1950

1950

1950

Eminentiss. & Reuerendiss.

Domino.

FRANCISCO

BVONCOMPAGNO

Archiepiscopo Neapolitano,

S.R.E. Cardinali eximio.



Carolus de Bancio

Sacerdos.



Rodit in lucem li-
bellus à me com-
positus de Obli-
gatione Sacerdo-
tis, quoad scientiam, & boni-

ratem, & quia eiusmodi virtutes in gradu heroico emicant in persona Vestrae Eminentiae, proinde non praeter rem censui, hunc partum mei ingenij sub tuo patrocinio praestis esse mandandum, ut à Zoilorum linguis abesset; & quia etiam tantis titulis Vestrae Eminentiae inservire debeo, nedum ob merita suorum natalium, sed etiam suae personae, non solum huic Regno nota, sed etiam Capiti mundi satis clara, & ne tempestatis iniuria à memoria hominum caderent quod Vestrae Eminentiae sum obnoxius,

id.

idcirco necessum existimaui,
vt immortalitate calami con-
seruaretur. Coeterum viue, &
Vale Eminentissimæ Princeps
ob salutem spiritualem huius
populi, & totius orbis exem-
plar.

**Adm. Illustriss. & Reuerendiss. Domi-
ne. Vidi præsentem librum, & censeo
posse typis mandare. Dat. Neap.
die 29. Iunij 1639.**

**Additissimus Seruus.
Alex. Rufsus C. D.**

Idem sentio.

**M. F. Dominicus Grauina Ord. Præd.
Curia Archiep. Theol.**

**Imprimatur.
Alexander Lucianus Vic. Gen.**

A**A** Bbas. Adrianus.

D. Ambrosius.

Alcorcer.

Albertus.

Albertus Magnus.

Azzorius.

Auisa.

Armilla.

Alensis.

D. Augustinus.

Angelus.

Anselmus.

Aureolus.

Angles.

D. Antoninus.

Aragonius.

Altifiodorensis.

Alfonfus de Leo-

ne.

Anacletus.

Alexander.

Almaricus.

Abulensis.

B

Baronius.

D. Bernardus.

Bellarminus.

D. Bonaventura.

Barbosa.

Bannes.

Bartholomæus ab
Angelo.

Beija.

Bonacina.

Berarducci.

Bartholomæus à

S. Fausto.

Beda.

Berardius.

Ca

C
Caietanus.
D. Chrysoſtomus.
Cyrillus Alexan-
drinus.
Covarruuias.
Corduba.
Comitolus.
Canus.
Castrus.
Capreolus.
Coninchus.
Cannarota.
Caſtaldus.
Concilium Aure-
liense.
Concilium Bra-
charenſe.
Concilium Con-
ſtantinopolita-
num.
Concilium Flo-

rentinum.
Concilium Carta-
ginenſe.
Concilium Nice-
num.
Concilium Tridē-
tinum.
Congregatio Cō-
cilij.
Celeſtinus Papa.

D

Dionyſius Areo-
pagita.
Durandus.
Dominicus Soto.
Diana.
Damafus Papa.
Dionyſius Papa.

E

Fa

F

Facundez.
Fernandez.
Fornarius.
Filijuccius.
Fraxinellus.

G

Gregorius Naziā-
zenus.
Gregorius Nisse-
nus.
Gregorius Papa.
Gryfaldus.
Gabriel.
Gonzales.
Garzia.
Gabrera.
Grassius.
Gauante.

Guglielmus.
Gelafius.

H

Henriquez.
Hesiquius.
Homobonus.
Hugo.

I

Ioannes de la
Cruz.
Ioannes de la La-
pide.
Ioannes Andræas.
Ignatius Martyr.
Innocentius.
Isidorus.

L

Layman.
Leo

C
Caietanus.
D. Chrysoſtomus.
Cyrillus Alexan-
drinus.
Covarruuias.
Corduba.
Comitolus.
Canus.
Castrus.
Capreolus.
Coninchus.
Cammarota.
Caſtaldus.
Concilium Aure-
liense.
Concilium Bra-
charenſe.
Concilium Con-
ſtantinopolita-
num.
Concilium Flo-

rentinum.
Concilium Carta-
ginenſe.
Concilium Nice-
num.
Concilium Tridē-
tinum.
Congregatio Cō-
cilij.
Celeſtinus Papa.

D

Dionyſius Areo-
pagita.
Durandus.
Dominicus Soto.
Diana.
Damafus Papa.
Dionyſius Papa.

E

Fa

Guglielmus.
Gelafius.

Facundez.
Fernandez.
Fornarius.
Filijuccius.
Fraxinellus.

H

Henriquez.
Hesiquius.
Homobonus.
Hugo.

G

Gregorius Naziā-
zenus.
Gregorius Nisse-
nus.
Gregorius Papa.
Gryfaldus.
Gabriel.
Gonzales.
Garzia.
Gabrera.
Graffius.
Gauante.

I

Ioannes de la
Cruz.
Ioannes de la La-
pide.
Ioannes Andræas.
Ignatius Martyr.
Innocentius.
Isidorus.

L

Layman.

Leo

Leo Papa.
Lychet.

M

Magister Senten-
tiarum.

Marfilius.

Molina.

Menochius.

Medina.

Maior.

Miranda.

Molfesius.

Manuel.

Mancinus.

Marcus.

N

Naldus.

Nauarra.

Nugnus.

O

Occumen.

P

Paludanus.

Panormitanus.

Petrus Soto.

Petrus Nauarra.

Petrus Ledesma.

Pinellus.

Pitigianus.

Posseuinus.

Perficus.

Platina.

Q

Quaranta.

R

Raimundus.

Reginaldus.

Remigius.

Richardus.

Rodriquez.

Rupertus.

S

Suarez.

Sylvius.

Syluester.

San-

Sanchez.

Scotus.

Sayrus.

Sotus.

Sa.

Stefanus Eduen-
fis.

Summa Corona.

Synodus Constan-
tinopolitana.

Syluester Papa.

Sixtus Papa.

Sixtus.

Sergius Papa.

T

Tabiena.

Telesphorus Papa.

Theodoretus.

Theofilatus.

Tiraquel.

Titelmanus.

S. Thomas de A-
quino.

Toletus.

Turrematica.

V

Valduensis.

Valentia.

Vasquez.

Vegha.

Victorinus.

Victoria.

Vgolinus.

Viualdus.

Villalabos.

Valerianus.

Viguerius.

Z

Zambranus.

Illustris. & Excellentis. Dominus

DE Sacerdotis obligatione, quoad
bonitatem, ac scientiam, in
gnem tractatum; D. Carolo de Baucio
Sacerdote Capuano ~~autore~~ ~~vidi~~, & quo-
niam fidei, bonisque moribus, nihil ob-
noxium, videlicet à Regali Jurisdictione
alienari reperi; Ideò posse typis mā-
dari iudico, & D. O. M. Dominationem
tuam Illustris. & Excellentis. diu inco-
lumen seruet. Dat. Neap. die 31. Martij
1639.

Dominationis tuæ Illustris. & Ex-
cellentis.


Servus humiliss.

Franciscus Lombardus Can. N. S. P.


Visa relatione supradicta imprimatur.

Tapia Reg. Brancia Reg. Casanate Reg.

Ad



Ad Lectorem .



*Composui, data
opera, hunc li-
bellum, ut Sa-
cerdotes pra'o-
culis semper
haberent, & propriam conside-
rarent obligationem circa sciē-
tiam, qua debent esse praediti, &
circa bonitatem vitae, quam ha-
bere*

bere debent dum in hac digni-
tate sunt constituti. Quapropter
operapretium existimaui, ut in
vnum libellũ colligerem quod
sparsim in multis reperitur.
Solum remanet, ut tu, ò beni-
gne Lector, legas opusculum
hoc, tuo beneficio elaboratum.

1

D E
OBLIGATIONE
SACERDOTIS,

Quoad bonitatem, ac scientiam;
necnon de sacrificio Missæ.

Autore
CAROLO DE BAVCIO
SACERDOTE CAPVANO.

DISPVATIO I.

De præstantia dignitatis Sacer-
dotalis.

QVAESTIO I.

Quid sit dignitas Sacerdotalis Novi Testamenti.



Espondetur, esse pote-
statem transubstantiandi pa-
nem, & vinum in Corpus,
& Sanguinem Christi Do-
mini nostri: & esse pote-
statem remittendi pec-
cata, iuxta illud Scriptu-

ra, Matt. 18. 10. 20. [Quæcûq; solueritis sup

A

ter-

*Matth:
Ioan,*

De præstantia dignitatis

terrâ, erût soluta, & in celo: & quoru remi-
seritis peccata, remittuntur eis,] vt colligi-
tur ex Trid. sess. 13. c. 4. & sess. 14. cap. 6. Dixi
transubstantiandi, quia loco substantiæ
panis, & vini, ex vi verborum consecratio-
nis, venit primariò substantia Corporis, &
substantia Sanguinis eius per conuersio-
nem substantialem, seu transubstantiatione:
Dixi primariò venire substantiam Corpo-
ris Christi, & substantiam Sanguinis eius:
quandoquidem etiam per concomitantiam,
vt loquuntur Theologi, venit sub illis ver-
bis consecrationis Anima Christi, eius diui-
nitas, etiam Pater, & Spiritus Sanctus, ali-
ter tamen, ac Verbum, ex Suarez ad 3. par.
q. 76. a. 4. disput. 52. in fine.

Suarez.

Explicatur: Corpus Christi est corpus vi-
uens, & consequenter est corpus animatû;
ergo, dum Corpus Christi est corpus ani-
matum, habet etiam sanguinem, & suam
subsistentiam; Sed subsistentia Corporis
Christi est subsistentia Verbi, vt fides ca-
tholica docet; ergo sub verbis consecratio-
nis panis venit etiam Verbum per conco-
mitantiam. Et quia Verbum habet eandem
numero naturam cum Patre, & Spiritu sã-
cto, consequenter veniunt etiam Pater, &
Spiritus sanctus ex naturali connexionem
cum Verbo mediante diuina natura, vt ex-
plicat idem Suarez,

Idem

Sacerdotalis.

Idem dicitur de consecratione vini; nam ex vi verborum consecrationis vini venit substantia Sanguinis primario, & ex vi verborum. Sed quia Sanguis Christi est Sanguis viuus, consequenter est ex corpore viuo, & animato; & quia anima, & Corpus Christi subsistunt subsistentia Verbi, consequenter ex concomitantia venit etiam anima, & Verbum; & quia Verbum habet eandem numero naturam cum Patre, & Spiritu sancto: consequenter veniunt etiam Pater, & Spiritus sanctus, vt explicatum est. Et hæc dicta sint in gratiam eorum, qui nõ sunt Theologi; nam Theologus non indiget hac declaratione. Sed

Petes primò. An accidentia panis, & vini subsistentur in corpore Christi,

Respondetur negatiuè, sed à Deo suppletur concursus substantiæ panis, & vini, non in genere causæ materialis, quia hoc dicit imperfectionem: sed in genere causæ efficientis.

Petes secundò. An desitio substantiæ panis, & vini, ex presentia corporis, & sanguinis Christi sub speciebus sacramentalibus dicatur annihilatio.

Respondetur negatiuè. Et ratio est, quia ex vi annihilationis nullus terminus

A 2

suc-

4 De præstantia dignitatis

succedere debet; sed hic succedit præsentia corporis, & sanguinis Christi; ergo potius dici debet conuersio substantialis, seu transubstantiatio, quàm annihilatio; quia fit transitus de vna substantia in aliam loco prioris substantiæ ex vi verborum consecrationis. Ita colligitur ex D. Tho. 3. par. q. 79. ar. 6. & eius interpretibus.

P. Thom.

Petes tertio. An verba consecrationis prolata à Sacerdote, habeant vim productiuam, an adductiuam, an utrumque simul, ita vt si corpus Christi, non existeret, adhuc produceretur, ac crearetur adhuc, vt esset sub speciebus panis, & vini.

Gabr.

Respondent quidam affirmatiuè inter quos Gab. 4. d. 11. quæst. 1. art. 3. dub. 2. sed in rigore non dici posse corpus Christi creari, vel produci, quia de facto nunc existit, & verbum producendi, vt dicit Syluius, 3. p. ad q. 75. c. 4. propriè connotat rem producendam non existere, & sic videtur cõiter ea verba, habere vim productiuam, & adductiuam verba consecrationis prolata à Sacerdote; quia Sacerdos gerit vices Christi, qui Christus est Deus, & homo; & vt Deus, quod dicit facit, iuxta illud Psalmi: [Ipse dixit, & facta sunt;] ergo verba consecrationis habent vim productiuam, & adductiuam vbi, seu præsentiam Christi.

Syluius.

Psal.

Sacerdotalis.

Christi sub speciebus sacramentalibus, & sequentes Gabrielem supponit nõ esse impossibile, vt creatura possit esse instrumentum creationis. Ita colligitur ex suar. to. 3. 3. par. q. 78. ar. 6. sect. 1. vers. Dico tertio. Suar.

Petes quarto. An Christus in Sacramento Eucharistiae stet modo quantitatio, idest in ordine ad locum, ita vt una pars corporis respondeat vni parti loci, & altera alteri, vel secundum modum proprium quantitatis.

Respondetur negatiuè; sed stat quantitas corporis Christi dimensiuam non secundum proprium modum, seu modo quantitatio in dicto Sacramento, sed per modum substantiæ, cuius natura est, vt sit tota in toto, & tota in qualibet parte totius Sacramenti, vt definit Tridentinum sess. 13. can. 3. declarat D. Th. 3. p. q. 75. art. 4. Habet tamen dicta quãtitas corporis Christi partes in ordine ad se, quia re vera habet caput, collum, brachia, & cæteras partes dimensiuas. Sed dictæ partes quantitatis dimensiuę corporis Christi, non sunt in dicto Sacramento secundum modum quantitatioũ proprium ipsius quantitatis, vt scilicet quantitas sit tota in toto, & singulæ partes in singulis partibus sub speciebus panis, & vini: sed per modum substantiæ,

*Concil.
Trid.
D. Thom.*

6 *De præstantia dignitatis*

S. Thom.

cuius natura est, vt sit tota in toto, & tota in qualibet parte, vt dictum est, & declarat S. Thomas d. q. 75. artic. 4. ad 2. & hoc est, quod alij Doctores dicunt partes quantitatis dimensiuæ corporis Christi esse in hoc Sacramento in ordine ad totum, & non in ordine ad locum.

Q V A E S T I O I I.

*In quibus differat Sacerdos Euangelicus
ab alijs antiquæ legis.*

Toletus.

Respondetur primò, differre ex parte causæ efficientis; Sacerdotes enim in lege nature creabantur potestate humana, vt docet Cardinalis Toletus lib. 1. instruct. Sacerd. cap. 2. nu. 1. Sacerdotes verò Euangelici creantur potestate diuina, non vtrique, sed vt deriuata à Christo Domino in Apostolos, & per hos in Episcopos, qui nõ per generationem, vt Sacerdotes antiquæ legis scriptæ creabantur, sed per diuinam consecrationem creantur, & ex quauis familia in Sacerdotem possunt eligi. Dixi, ex quauis familia, & non per generationem, quandoquidem Sacerdotes legis scriptæ, quamuis etiam à Domino fuerint instituti: nihilominus Deus dedit potestatem populo tantum Iudaico, & non alteri nationi,

nj,

ni, vt possent ascendere ad Sacerdotium: & præterea præcepit Deus, vt inter duodecim Tribus ex vna sola, scilicet Leuitica, Sacerdotes assummerentur; sicque in hac Tribu residebat ista potestas creandi Sacerdotes, quæ diuina erat; Hi verò Sacerdotes ad huc nõ ex quauis familia huius Tribus præcepit Deus, vt assummerentur, sed tantum ex familia Aaron: ex reliquis verò familijs Leuitici generis ministri Tēpli iussit Deus, vt assumerentur: Filij autem Sacerdotum eo ipso, quod filij Sacerdotum erant, ius ad Sacerdotium habebant, non tamen vsum, nisi post consecrationem, quæ fiebat per olei asperisionem, non per vnctionem: vnctio enim erat summi Sacerdotis; idem *Toletus.* *Toletus.* loco supra cit hoc docet.

Secundò, differt Sacerdos Euangelicus ab alijs Sacerdotibus antiquæ legis ex parte ipsius institutionis; non enim in naturæ statu, aut legis per institutionem Sacerdos sanctificabatur, nec recipiebat gratiam ex vi ipsius institutionis; at verò Sacerdos Euangelicus gratiam recipit per ipsam institutionem, quæ vnum est ex septem Sacramentis conferentibus gratiam ex opere operato; & non solum gratiam ex opere operato recipit ordinatus Sacerdos Euangelicus, sed etiam recipit characterem, qui character est quoddam signum spirituale,

8 *De præstantia dignitatis*

quod imprimitur in anima, quo caractere carebant etiam illi Sacerdotes antiquæ legis.

Tertiò, differt in potestate conficiendi corpus, & sanguinem Christi: quam potestatem nullus alius Sacerdos habuit, neque Sacerdos secundum ordinem Aaronis, neque Sacerdos secundum ordinem Melchisedech.

Leuit. &
Genes.

Quartò, differt in sacrificio: nam illi Sacerdotes antiquæ legis offerbant Deo panem, vinum, & animalia, vt patet ex Leuit. cap. 9. & Genes. 14. At Sacerdos Evangelicus offert æterno Patri Christum Dominum Dei Filiû sub speciebus panis, & vini.

Quintò, differt in potestate absoluendi peccata, nam nullus alius Sacerdos antiquæ legis eiusmodi potestatem habebat.

Sextò, denique differt Sacerdos Evangelicus ab alijs antiquæ legis ratione status; nam illi coniugati erât, & vxores ducebât, etiam post susceptum Sacerdotium: at verò Sacerdos Evangelicus non ducit vxorem saltem post susceptum Sacerdotium. Dixi, saltem post susceptum Sacerdotium; Nam licet Sacerdos Latinus neque ante, neque post susceptum Sacerdotium ducat vxorem: tamen Græcus vxoratus potest ascendere ad Sacerdotium, quamuis post susceptum Sacerdotium non possit ducere

VXOR

Sacerdotalis.

uxorem. Ita Sot. in 4. distinct. 34. quæst. 2. Sot:

Q V A E S T I O III.

*Quam sit magna dignitas Sacerdotum
legis gratia.*

Respondetur, hoc agnosci posse tum à posteriori ratione, tum à priori. Et primo quia Sacerdotes antiquæ legis omnes nationes, teste Baronio tom. I. annal. anno 37. venerabantur, & si veram cognitionem de Deo non habebant. Secundo, quia tempore legis scriptæ Deus præcepit, vt Sacerdotes in maxima veneratione haberentur; quapropter concessit eis multa priuilegia, vt patet ex Exodi 28. & lib. Numer. cap. I. iussit Deus, vt numeraretur populus, sed non permisit, vt Sacerdotes, & Leuitæ simul cum illo associarentur, sed seorsum ab alijs descripti essent; Tribum Leui dixit, noli numerare, neq; pones summam eorum cum filijs Israel, sed constitue eos super tabernaculum testimonij; Imò cum peracta fuit diuisio Terræ promissæ, noluit, vt Sacerdotes, & Leuitæ haberent suam portionem simul cù alijs Tribubus, sed voluit ipse Deus peculiarem eorum protectionem habere. [Eruntque Leuitæ mei, & ego hereditas eorum.] Ratio est, quia dede-

cet

Baron.

Exod. 28.
Numer.

10 *De præstantia dignitatis*

Numer.

cet Ministros Dei se implicare in rebus, ac bonis terrenis. Quapropter Diuina Maieſtas applicauit eis primitias omnium fructuum pro eorum victu, vt patet ex Numer. cap. 18. [Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem pro ministerio, quo ſeruiūt mihi in tabernaculo fœderis.]

Deuter.

tertio, patet ex Deuter. 27. quàm fit magna dignitas Sacerdotalis, vbi indicat Deus obedientiam, quæ præſtanda eſt Sacerdotibus, his verbis: [Aſcende ad locū, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sacerdotes Leuitici generis, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint, ſequerisque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexterā, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, morietur homo ille, & auferes malum ab illo, cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.] In hoc capitulo loquitur Deus cum aliquis electus eſt Rex, & ſedet ſub throno Reali, præcipiens ei, vt è manibus Sacerdotis accipiat exemplum legum, ad hoc, vt benè ſibi poſſit conſulere; & oriente ex illis legibus aliqua difficultate, recurratur ad Sacerdotes pro eorum ſententia, ac determinatione; & ſi quis erit contumax, ac transgreſſor ſententiæ prolatæ à Sacerdote, Deus minatur

natur ei mortem. Præterea mandat Deus
 Exod. 17. vt qui negligit præcepta Sacerdo-
 tum, moriatur; hæc sunt verba: [Homo qui
 Exod. cun- que fuerit in superbia; vt non exaudiat
 Sacerdotem, aut Iudicem; quicumq; fuerit
 in diebus illis, morietur homo ille; & ois
 Eccles. 7. populus timebit cū audierit.] Et Eccles. 7.
 hæc verba habentur: [In tota anima tua ti-
 me Deum, & Sacerdotes illius sanctifica; &
 Psal. 104. immedie addit; Honora Deū ex tota ani-
 ma tua, & honorifica Sacerdotes;] Et Psal.
 104. ait Deus, loquens de Sacerdotibus;
 [Nolite tangere Christos meos; & in Pro-
 phetis meis nolite malignari;] Et Zacch. 2.
 [Qui tangit vos, tangit pupillā oculi mei.]

*Exod.**Eccles.**Psal.**Zacch.*

Præterea Christus Dominus noster, Rex,
 ac summus Sacerdos, dum vitam egit inter
 mortales homines, semper Sacerdotes ma-
 ximè honorauit, vt patet quando fuerunt
 lepra mundati decem illi viri leprosi; quan-
 do quidem priusquam Deus faceret eis gra-
 tiam, dixit, vt ostenderent sese Sacerdoti-
 bus, vt patet ex Luc. 17. his verbis: [Et cum
 Luc. 17. ingrederetur quoddam Castellum, occur-
 rerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt
 à longè, & leuauerunt vocem, dicentes: Ie-
 su præceptor, miserere nostri; quos vt vi-
 dit, dixit: Ite, ostendite vos Sacerdotibus; &
 factum est, dum irèt, mūdati sunt;] & quod
 mirum est, sciens Christus Sacerdotes esse

hy-

12 *De præstantia dignitatis*

hypocritas, simoniacos, auaros, superbos, ac vitiosos, nihilominus præcepit populo, vt eis obedientiam præstarent, & venerarentur, vt habetur ex Matth. 23. *Matth.* [Omnia quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite: secundum verò opera eorum nolite facere] quod de Sacerdotibus intelligitur, vt rectè notat Molina de instruct. Sacerd. tract. 1, c. 3. in fine. Præterea Deus vocat Sacerdotes Deos, vt patet ex Exod. c. 22 [Non detrahes Dijs,] idest Sacerdotibus exponit *Glos. Interlinearis*; & Psal. 81. [Deus stetit in Synagoga Deorum.] Et hoc satis est quantum ad rationes à posteriori.

Quantum verò ad rationes à priori, Prima ratio mihi est, quia Sacerdos offert Deo personam infinitè dignam, nimirum Iesum Christum. Secunda ratio est, quia Christus se obligauit, quotiescunque à Sacerdote proferuntur verba consecrationis, adesse sub speciebus panis, & vini. Tertia ratio est, quia Sacerdos gerit vices Christi in terra, tū quādo cōficit Sacramentū Eucharistiæ: tū quando peccata absoluit: ergo.

Præterea confirmatur hæc veritas auctoritate Sanctorum, nempè quòd sit magna hæc dignitas Sacerdotalis. Et primò, quia Dionysius cap. 1. de cælest. hierarch. hæc verba ait. [Qui Sacerdotem dicit, augustiorem, prorsusque diuinum virum insinuat

Matth.

Molina.

Exod.

Glos. Interl.

Psal.

Dionys.

sinuat

finuat, totiusque sanctæ scientiæ peritissimum.] Secundò, Ignatius Martyr, scribens illis Smyræ, ait: [Sacerdotium est apex bonorum omnium, quæ sunt in hominibus; Si quis ergo Sacerdotes inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominû Iesum Christum primogenitum omnis creature.] Tertio, Gregorius Nazianzenus orat. 2. ad Leu. hæc verba profert: [Num tibi honoris expers videtur hoc Sacerdotium, quod ipsi quoque Angeli, purissimi Dei cultores venerantur, tanquam ipsorum cultui minimè impar.] Quarto, Ambros. tract. de dign. Sacerd. hæc verba ait: [Audite me, dicit ipse, Beatissimi Patres; Audite me stirpes Leuitica, germen sacerdotale, propago sanctificata, duces, & rectores gregis Christi: Audite me, rogantem vos pariter, & timentem, & honorem sacerdotalem demonstrare volentem: vt cum honoris vobis prærogatiuas monstremus, merita etiam congrua requiramus: dignum est enim, vt dignitas sacerdotalis prius noscatur à nobis, & sic deinde seruetur à nobis, vt Psalmographi sententia quæat repelli à nobis: Homo, cum in honore esset, non intellexit: & comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Honor igitur, & dignitas sacerdotalis nullis poterit comparationibus adæquari: si Regum fulgori compares, & Principum dia-

*Ignatius
Martyr.**Nazian.**Ambros.*

14 *De præstantia dignitatis*

diademati, longè erit inferius, quàm si plû-
bi metallû ad auri fulgorè cõpares; quippe
cû videas Regû, & Principû colla submitti
genibus Sacerdotû, & exosculatis eorû dex-
tris orationibus eorû credât se cõmuniri.]

Ambros.

Et infra ait idè Ambrosius. [Nihil est excel-
lentius sacerdotibus, si, quod sumus, pro-
fessione potiùs, quàm nomine demonstre-
mus, vt nomen congruat actioni, actio re-
spondeat nomini: nè sit nomen inane, & cri-
men immane: nè sit honor sublimis, & vita
deformis: nè sit deifica professio, & illicita

Chrysof.

actio.] Quintò, Ioânes Chrysofomus lib. 3.
de sacerd. hæc verba dicit: [Sacerdotium,
ipsum in terra quidem peragitur, sed in re-
rum cælestium classẽ, & ordinem referẽ-
dum est: atque id quidem meritò. quippe
non mortalis quispiam, non Angelus, non
alia quæuis creata potentia, sed Deus ipse,
ordinem huiusmodi disposuit: idcirco ne-
cesse est, Sacerdotem sic esse purum, ac si in
cœlis ipsis esset collocatus, & inter cælestes
illas virtutes medius staret: terribilia nam-
que, & horrida sunt, quæ administrat; Si
quis consideret quantum sit id mysterium,
is probè intelliget quanto honore, quanta-
que dignitate Sacerdotes, Spiritus sancti
gratia, dignati fuerint: etenim ijs, qui ter-
ram incolunt, atque in ea versantur, com-
missum est, vt ea, quæ in cœlis sunt, dispen-
sent,

sent, ijs datum est, vt potestatem habeant, quam Deus Optimus Maximus, nec Angelis, nec Archangelis datam esse voluit; Neque enim ad illos dictum est, quæcunque ligaueritis super terram, erunt ligata, & in cœlis: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta, & in cœlis; Etenim quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnem rerum cœlestium potestatem, illis à Deo concessam? A terra iudicandi principalem auctoritatem sumit cœlum; seruus sedet iudex in terra, & Dominus sequitur eius sententiam, atque confirmat, vt quidquid hic in inferioribus iudicauerit, hoc ille in supernis comprobet. Quænam, obsecro, potestas hac vna maior esse queat? Pater omnium potestatem dedit Filio; Cæterum video eadem ipsam omnifariam potestatem à Deo Filio Sacerdotibus traditam; Nam quasi iam in cœlum translati, ac supra humanam naturam positi, sic illi ad Principatum istum perducti sunt.] Et idem Chrysof. homil. 60. ad popul. Antioch. sequentia verba profert: [Quo igitur non oportet esse puriorem tali fruente sacrificio? quo solari ratio non splendidiorem manum, carnem, hanc diuidentem, os, quod igne spiritali repletur, linguam, quæ tremendo nimis sanguine rubescit? cogita quali sis insignitus honore, quali mensa fruaris, quod An-

Chrysof.

geli

geli videntes exhorrescunt, nec liberè audent intueri propter emicantem inde splendorem: hoc nos pascimur, huic vnimur, & facti sumus vnum Christi corpus, & vna caro. Audiamus ergo, & Sacerdotes. & subditi, quali esca facti sumus digni; audiamus, & horreamus sãctis carnibus suis nos dedit impleri, semetipsum apposuit immolatum.

Quænam igitur erit nobis excusatio, cum talibus pactis, talia peccemus, cum lupi fiamus, Agnum comedentes] Et idem Chrysoft. homil. 5. in cap. 6. Matth. sic loquitur: [Sacerdotium est ipso Regno longè maius, ac venerabilius; Nam si vis videre quantum absit Rex à Sacerdote, expende modum potestatis vtrique traditæ, videbis Sacerdotem multò sublimiùs Rege sedentem; quàmquam enim nobis admirandus videatur thronus Regius ob gemmas affixas, & aurum, quo cinctus est: tamen rerum terrenarum administrationem fortitur; verùm Sacerdoti thronus in cœlo collocatus est, & de cœlestibus negotijs pronuntiandi habet auctoritatem.] Sextò, Augustinus in Commentarijs super Psalmos hæc verba eructat: [O veneranda sacerdotum dignitas, in quorù manibus, velut in vtero Virginis Filius Dei incarnatur; O sacrum, & cœleste mysterium, quod per vos Pater, & Filius, & Spiritus sanctus operatur; vno eodem-

Chrysoft.
Matth.

August.

demque momento idem Deus, qui præsi-
det in cœlis, in manibus vestris est in Sacra-
mento Altaris. O venerabilis sanctitudo
manuum, ò foelix exercitium, ò verè mundi
gaudium, Christus tractat Christum, idest
Sacerdos Dei Filium, cuius sunt delitiæ esse
cum filijs hominum, & quod datum non est
Angelis, concessum est homini; Sacerdos
enim hoc ineffabile conficit mysterium, &
Angeli conficienti quasi famuli assistunt. Su-
per hoc tam insigni priuilegio stupet cœ-
lum, miratur terra, veretur homo; horret
internus, contremiscit diabolus, & venera-
tur quamplurimum Angelica celsitudo. Et
idem *Augustinus serm. 37. ad fratres de ere-
mo*, hæc verba ait: [O Sacerdotes, si anima
cuiuslibet iusti sedes Dei est: multò magis
sedes, & templum Dei vos esse debetis. mû-
dum, & immaculatum; si sepulchrum eius
gloriosum est, in quo corpus eius iacuit
examine, multò gloriosiora, & digniora esse
debent corpora vestra, quæ a mortuis susci-
tatus, quotidie inhabitare dignatur; Si bea-
tus est venter, qui nouem mensibus Chri-
stum portauit: & beata debêt esse corda
eorum, in quibus hospitium quotidie eligit
Filius Dei; si beata sunt vbera, quæ paru-
lus suxit: beatum debet esse os, quod car-
nem eius sumit, & sanguinem sugit. Carnes
ergo vestras cum timore eius configite, &

*D. Augu-
stinus.*

18 *De præstantia dignitatis*

vobis diligenter providete, nè lingua; quæ vocat de cœlo Filium, contra ipsum Dominum loquatur; & nè manus, quæ intinguntur sanguine Christi, polluantur sanguine peccatorum.]

Q V A E S T I O I V.

An sit aliqua similitudo inter dignitatem Dei paræ & Sacerdotis.

Respondetur affirmatiuè; Nam beatissima Virgo cum eructavit illa dulcissima verba, *Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum, Deus Filius factus est homo in utero eius, Spiritus sancti virtute; Sacerdos verò cum profert illa verba consecrationis, Hec est Corpus meum; & Hic est sanguis meus, &c.* præsentem idoneam materiam, quasi producat humanitatem Christi. Dixi, quasi producat humanitatem Christi, propter dicta supra, & secundum Suarez 3. par. disp. 61. quæst. 78. sect. 1. ea verba physicè efficiunt corpus Christi, seu præsentiam Christi sub speciebus Sacramentalibus.

Suarez.

Imò audeo dicere, salva sanctitate beatissimæ Virginis, quandoquidem non intendit minuere eius præstantiam, sed solum, ostendere hominibus infinitas gratias, quas Chri-

Christus largitus est suæ Ecclesiæ, quòd Sacerdos in aliquibus rebus B. Virginem antecellit, quoad potestatem consecrandi, &c. nam B. Virgo cum præstitit consensum verbis Angeli, non fuit causa realis, & efficiens productionis corporis Christi in suo utero, sed ad summum fuit causa meritoria de congruo; sed Sacerdos pronuntiando verba consecrationis, præsentè idonea materia, est causa realis, & efficiens, vt instrumentum Christi, vt rectè probat *Suar. 10. 3. 2. par. ques. 78. disp. 617. sect. 1. lit. D. B. Virgo semel, medijs suis verbis cõcurrit ad humanitatem Christi vniendam cum subsistentia verbi: Sacerdos verò nõ semel, sed quotiescunque profert verba consecrationis præsentè idonea materia, & cum intentione, cõsecrandi, producit, seu adducit Christum sub speciebus sacramentalibus, B. Virgo habuit Christum in utero suo, paruulum: Sacerdos verò habet Christum in stomacho magnum, nempe triginta trium annorum, sicut in cœlo adest. In utero Virginis Christus erat mortalis, & passibilis: in stomacho Sacerdotis, & eius manibus Christus est immortalis, & impassibilis. In utero Virginis Christus recipiebat alimentum à Virgine, medio pretiosissimo sanguine eiusdem Virginis: in Eucharistia verò Christus exhibet suam diuinitatem, & humanitatem Sacer-*

B 2

doti.

Suarez

doti. Quando Deus Filius incarnatus est, sumpsit carnem à Virgine: In Eucharistia Christus, ita sese vnit cum fumente, vt caro Christi, & illa Sacerdotis, media tali vnione: faciat vnum spiritualiter, & sacramentaliter, vt colligi potest ex varijs locis sacrae Scripturae, & auctoritatibus Sanctorum Patrum; & primò *Ioannis* 6. [Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinè, in me manet, & ego in illo; Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem.] Secundò, *Galat.* 2. [Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Christus.] Tertio, ait *Cyrillus Alexandrinus*, citatus a doctissimo *Molina tractat. instruction. Sacerdot. capit. 11.* sequentia verba: [Sicut si quis liquefactæ ceræ aliam ceram infuderit, alteram cum altera commisceat necesse est: ita qui carnem, & sanguinem Domini recipit cum ipso, ita coniungitur, vt Christus in ipso, & ipse in Christo inueniatur.] Sed aduertendum est, quòd talis similitudo non intelligitur, quòd caro Christi, & nostra fiat vna realis, & essentialis vnio: quia hoc dedecet: sed intelligitur hæc vnio quoad effectus; quemadmodum dicimus, quando ferrum est ignitum, esse ignem, non quia substantialiter sit ignis, sed quia habet ignis qualitatem, & eius effectus: ita dicimus esse corpus Christi in Eucharistia, quando quis dignè,

Ioannis:

Ad Galat.
lat 2.

Cyrillus
Alexan.

gnè, ac deuotè recipit ; nam Christus dignè
 suscipienti communicat qualitates , & effe-
 ctus similes sibi ipsi , experientia patet ;
 quapropter , vt benè dicit *Gregorius Nyssenus*
orat. catec. capit. 37. [sicut parum fer-
 menti sibi assimilat totam consersionem :
 ita corpus Christi, cū fuerit intra nostrum,
 totum ad se transmutat , & transfert.] Et
Chrysostomus homil. 88. in Matthæum hæc ver-
 ba profert : [Hos secum, vt ita dicam, in
 vnam massam reducit: neque id fide solum,
 sed rei ipsa nos suū corpus efficit.] Et idem
*Chrysostomus homil. 83. ad popul. An-
 thioch.* habet hæc verba: [Ea re nos alimur,
 quam Angeli videntes tremunt, nec absque
 patiore aspicere possunt : & nos in vnam
 cum illo massam reducimur , effecti vnum
 Christi corpus, & vna caro.] Et *homil. 60. ad
 popul. Antioch.* pariter dicit sequētia ver-
 ba: [Vt itaque non tantum per charitatem
 hoc simus, verū ipsa re in illā misceamur
 carnem, hoc per escham efficitur , quam
 largitus est nobis, volens ostendere deside-
 rium , quod habet erga nos.] Et hæc satis
 quoad præstantiam dignitatis Sacerdota-
 lis .

*Gregor.
Nyssen.*

Chrysost.

*Idem,
Chrysost.*

*Idem,
Chrysost.*



B 3

DI.



DISPUTATIO II.

De bonitate, qua debet esse præditus
Sacerdos .

QVÆSTIO I.

Quem gradum sanctitatis exigit officium
Sacerdotale .

Respondetur, illum gradum sanctitatis debet habere Sacerdos, qui correspondere debeat dignitati, qua est præditus; unde sicut gradus dignitatis Sacerdotalis superat dignitatem Angelicam, & in aliquibus rebus etiam dignitatem Deiparæ, ut supra dictum est: ita etiam debet sanctitate antecellere quamcunque aliam dignitatem; ut colligi potest ex varijs locis Scripturæ, & Patrû auctoritatibus; & primò ex *Luc. 12.* [Cui multum datum est, multum requiretur ab eo: & cui comendauerunt multum, plus petent ab eo.] Secundò *1. Petri 2.* [Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes eius annuncietis, qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum.] Tertiò *Apocal. capit. 5.* [Quia fecisti nos Deo nostro

Luc. 12.

1. Pet. 2.

*Apocal.
c. 5.*

suo regnum, & Sacerdotium, & regnabimus super terram.] Quartò, 1. Corinth. 4. [Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.] Et hæc quoad auctoritatem sacrae Scripturae. Quo verò ad Sanctorum auctoritatem. Prima auctoritas est *Chrysostomi homil. 3. operis imperfecti*, [Verè magna confusio sacerdotum, & Clericorum omnium, quando laici inveniuntur fideiiores, ac iustiores; quomodo autem non sit confusio esse illos inferiores laicis, quos etiam esse æquales, magna confusio est?] Secunda est *Hieronymi in 1. 3. Soph.* [Non dignitas, sed opus dignitatis saluare consuevit.] Et *supra citatus Chrysostomus* hæc verba ait : [Laicus in die iudicij stolam sacerdotalem accipiet, & à Deo chrismate ungetur in Sacerdotem : Sacerdos autem peccator spoliabitur sacerdotij dignitate.] Tertia est *Gregorij homil. 9. in Euangelia* : [Sanctum Euangelium, fratres charissimi, sollicitè considerare nos admonet, ne nos, qui plus cæteris in hoc mundo accepisse cernimur, ab auctore mundi grauius inde iudicemur ; cum enim augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Et supra cit. *Hieron. lib. 3. in capit. 43. Ezech.* hæc verba profert : [Grandis dignitas Sacerdotum, sed grandis ruina eorum, si peccant ; lætemur ad ascen-

1. Cor. 4.

S. Chrys.

S. Hiero.

S. Chrys.

S. Grego.

D. Hiero.

sum, sed timeamus ad lapsum; non est tanti gaudij excelsa tenuisse, quanti mœroris de sublimiori corruisse.] Quarta est auctoritas Augustini, quam refert *Gratianus epist.* 148. capit. ante omnia, dist. 40. [Sicut nihil est in hac vita beatius presbyteri dignitate, si eo modo militetur, quo Imperator noster Christus iubet: ita nihil est apud Deum triftius, miserabilius, & dannabilius si perfuntoriè, & adulatoriè res agatur.] Et idem *Augustinus capit. 3. de dignit. Sacerdotalis*, hæc verba eructat: [Sicut nihil est Sacerdote excellentius: sic nihil est vita miserabilius, si de sancta vita periclitetur, si Sacerdos in crimine teneatur; quia ut leuius est de sublimi corruere, sic grauius est de sublimi cadere dignitate; quia ruina, quæ de alto est, grauiosi casu colliditur.] Quarta est *Ambrosij lib. i. epistola ad Ireneum*: [Vides in Sacerdote nihil plebeium requiri, nihil popolare, nihil commune cum studio, atque vsu, & moribus multitudinis, sobriam à turbis grauitatem. seriam vitam, singulare pòdus dignitas sibi vendicat in Sacerdotibus; quomodo enim potest obseruari à populo, qui nihil habet separatum à populo, dispar à multitudine? Quid enim in te miretur, si tua in te recognoscat? si nihil in te aspiciat, quod ultra sese inueniat? si quæ in sese erubescit, in te, quem reuerendum ar-
bitra-

Si. Augu.

*Idem
August.*

D. Amb.

bitratur, offendit? Supergrædiamur igitur plebeias opiniones, ac vulgaris tenuitæ solum declinemus.] Et *D. Ambrosius in epist. 1. ad Timot. 3.* hæc verba ait. [Sacerdotes die, ac nocte pro plebe sibi cõmissa oportet orare; mundiores ergo debent esse cæteris, quia auctores Dei sunt; si enim plebis hominibus orationis causa ad tempus abstinere præcipitur: quanto magis Sacerdotibus, qui semper orationi vacare debent?]

Quinta est auctoritas supracitati *Augustini serm. 21. super Psalm. 36.* [Talem esse oportet Dei Sacerdotem, vt quod populus pro se apud Dominum non valet, ipse pro populo mereatur, quod poposcerit, impetare; quia scriptum est: si peccauerit populus, orabit pro eo Sacerdos: si autem Sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo?] Sexta adest

auctoritas *Tridentini sess. 21. capit. 1. de re- firm.* vbi hæc sequentia verba habentur:

[Nihil est quod alios magis ad pietatem, & Dei cultum assiduè instruat, quam eorum vita, & exemplum, qui se diuino ministerio dedicarunt. Cum enim à rebus sæculi in altiorem sublato locum conspiciantur, in eos, tanquam in speculum, reliqui omnes oculos conijciunt, & ex eis sumunt quod imitentur.] Quapropter sic decet omnino Clericos, in Domini sortem vocatos, vitâ, moresque suos omnes componere, vt habitu,

D. Amb.

S. Augusti

Concil.
Trid.

bitu, gestu, incessu, sermone, aliisque omnibus rebus suis, nisi graue, moderatum, ac religione plenum, præ se ferant; læuia etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, vt eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur quo maiori in Ecclesia Dei, & vtilitati, & ornamento hæc sunt: ita etiam diligentius sint ab ipsis obseruanda.] Denique colligitur ex varijs auctoritatibus sacræ Scripturæ, & Sæctorum Patrum quanta debet esse sanctitas Sacerdotum. Et hoc præsertim colligitur à posteriori, nèpè ab indignatione, quam Deus erga prauos Sacerdotes habere demonstrat.

Malachi.

Et primò patet ex *Malachia capit. 1.* [Filius honorat patrem, & seruus dominum suum; si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? dicit Dominus exercituum. Ad vos, ò Sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis: In quo despeximus nomen tuum? offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo, quod dicitis, Mens Domini despecta est.]

Malach.

Secundò ex verbis eiusdem *Malachia capit. 2.* quæ de Sacerdotibus intelliguntur: [Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & hu-

humiles omnibus populis; sicut non seruastis animas meas, & auertistis faciem in lege.] Omitto alias auctoritates Scripturæ sacræ, quæ rectè applicari possunt Sacerdotibus; sed non reticebo apertas auctoritates Sanctorum, qui expressè de Sacerdotibus prauis loquuntur. Et primò patet ex *Chrystomo homil. 41. in Matthæum*, [Nulla re Deus magis offenditur, quàm quòd indigni, & peccatores sacerdotij dignitate præfulgeant.] Et idem *Chrystomus* alijs in locis hæc verba eructat; [Si priuatim pecces, nihil tale passurus es; si in Sacerdotio pecces, perijsti. Dico horribile quoddam, atque tremendum; non est ita malum in Ecclesia Dei Dæmoniacos esse, sicut Sacerdotes, qui peccatorum sordibus inquinantur: hoc enim pessimum est, sicut Paulus ait, Christum cõculcare, & sanguinem eius pollutum ducere, & spiritui gratiæ contumeliam facere; multò igitur Dæmoniaco peior est, qui peccati sibi conscius accedit, quoniam æternis tradetur tormentis. Nullus igitur communicet, nisi ex Discipulis sit: nullus impuro animo, sicut Iudas, panem celestem assumat, nè similia patiat.] Secundo, patet ex *Augustino*, citato à doctissimo *Molina tractat. 2. in instruction. Sacerdot. capit. 26. §. 1.* [Grauius peccant indignè offe-
rentes Christum regnantem in celis, quàm
qui

S. Chrys.

Idem
Chrystom.

Molina.

Idem

Molina .

qui cum crucifixerunt ambulantes in terris.] Tertò, patet ex *Gregorio cit.* ab eodẽ *Molina* loco supra cit. [Nullum puto, fratres charissimi, maius præiudicium ab alijs, quàm à Sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correptionem posuit, dare de se exẽpla prauitatis cernit: quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus; officium quidem Sacerdotale suscepimus, sed opus officij non implemus.]

S. Bern.

Quartò, patet ex *Bernardo in serm. comm. S. Pauli*: [Heu heu Domine Deus, quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua primatum tenere, gere re principatum. Arcem Syon occuparunt, apprehenderunt munitiones, & vniuersam deinceps liberè, & potestatiuè tradunt incendio ciuitatem: misera eorum conuersatio plebis tuæ miserabilis subuersio est. At verò Saluatori animarum grauior vlla esse poterat persecutio? iniquè agunt, & cæteri contra Christum; meritò tamen crudeliorem eam censent persecutionem, quam à proprijs sustinent ministris; Egressa est iniquitas à senioribus iudicibus Vicarijs tuis, qui videntur regere populum tuum; non enim est iam dicere, vt populus, sic est Sacerdos, quia nec sic populus, vt sacerdos; non enim ita corruptis moribus viuunt seculares, vt Ecclesiastici.] Quintò, & vltimò

mò , patet quanta debeat esse sanctitas Sacerdotis, nempè ex pœnitentia, quam antiqui Canones imponebant Sacerdotibus ob peccata ab ipsis commissa, & colligitur, ex *Gratiano distm 83*. hæc sunt formalia verba: [Presbyter si fornicationem fecerit, quanquam, secundùm Canones Apostolorum debeat deponi: tamen iuxta auctoritatem B. Syluestri, si in virio non perdurauerit, si sua spontè confessus adiecerit, vt resurgat, decem annis in hunc modum pœniteat: tribus quidem mensibus à cœteris remotus, pane, & aqua à vespere in vesperum vtatur: tantùm autem diebus Dominicis, & præcipuis festis modico vino, & pisciculis, atque leguminibus recreetur, sine carne, & sagmine, ouis, & caseo: sacco indutus, humi adhæreat, die, ac nocte misericordiam Dei omnipotentis imploret. Finitis tribus mensibus continuis exeat, vt tamen in publicum non procedat, nè graue fidelis in eo scandalum patiatur: nec enim debet Sacerdos publicè pœnitere, sicut laicus. Postea aliquantisper viribus resumptis vnum annum, & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis Dominicis diebus, & præcipuis festiuitatibus, in quibus vino, & sagmine, ouis, & caseo, iuxta canonicam mensuram vti poterit. Finito primo anno, & dimidio, corporis, & sanguinis Domini,

nè

Gratian.

nè indurescat, particeps fiat, & ad pacem veniatur; psalmos cum fratribus in choro vltimus canat, ad cornu altaris non accedat, iuxta B. Clementis vocem, minora gerat officia: de inde verò vsque ad expiationem septimi anni. omni quidem tempore, exceptis paschalibus diebus tres legitimas ferias in vnaquaque hebdomada in pane, & aqua ieiunct. Expleto septimi anni circulo, si fratres, apud quos pœnituerit, eius pœnitentiam congruam laudauerint, Episcopus in pristinum honorem, iuxta B. Calixti Papæ auctoritatem, eum reuocare poterit. Sanè sciendum est, quòd secundam feriam vnum psalteriũ canendo. aut vnum denarium pauperibus dando si opus est redimere poterit. Finitis autem septem annis deinde vsque ad finem decimi anni sextam feriam nulla interueniente redemptione, obseruabit in pane, & aqua.]

DISPUTATIO III.

De damno, quod causat Sacerdos
medio suo malo exemplo.

QVAESTIO I.

Cur Sacerdos prauus sit causa peccati alterius.

Respondetur, & ratio mihi est, quia Sacerdos debet esse imbutus, ac præditus

ditus omni christiana virtute, ratione dignitatis, & officij, quod habet; idcirco quando deficit ab hac bonitate, causat alicui ruina, & scâdalum: Sacerdos enim est à Deo constitutus caput inter homines; vnde merito Sancti Patres Sacerdotem peccati populorum auctorem faciunt, vt colligitur primò, ex *Ambrosius de dignit. Sacerdot. capit. 5.* [Sicut in corporalibus morbis capite vitiatò, necesse est, reliquum corpus inundatione superioris morbi lethaliter irrigari: ita & hi, qui caput videntur esse Ecclesiæ, morbo suo, fraternum vitiant corpus, vt nihil ex totius corporis compage insauciatum possit euadere, quod negligētium Sacerdotum vitiositas non infecerit: vnde populum videmus nugacem, & indoctum, eo quòd tales habeat Sacerdotes.] Secundo, colligitur ex *Gregorio Papa homil. 39. in Evang. & 17.* [Ruina populi maximè ex culpa Sacerdotum fuit: quantò mundus gladio feriatùr aspicitis; quibus quotidie percussionibus intereat populus, videtis; cuius hoc, nisi Sacerdotum peccato agitur? Nos pereūti populo auctores mortis existimus, qui esse debemus duces ad vitam, ex nostro peccato populi turba prostrata est, quia nostra faciente negligentia, ad vitam erudita non est.] Tertio, colligitur ex *Bernardo ferm. in comm. S. Pauli,* his verbis: [Miseri

Ambros.

*S. Grego.
P. pa.*

S. Bern.

Sa-

Sacerdotum conuersatio plebis Domini-
cæ miserabilis subuersio est.] Tertiò, colli-
gitur ex *Chrystomo homil. 38. in Mattheum*,
S. Chryf. (Si verum est, quod ipse sit Auctor imper-
fecti operis:)[Videte Sacerdotes, quomodo
vos componatis in verbo, & opere; quo-
niam si aliquis Christianorum peccauerit,
non omnino peccant, & Sacerdotes. Si
autem ipsi Sacerdotes fuerint in peccatis,
totus populus conuertitur ad peccandum,
ideoque vnusquisque pro suo peccato red-
det rationem; Sacerdotes autem nõ solum
pro suis, sed etiam pro omnium peccatis
rationem reddituri sunt.] Quartò, colligi-
tur ex *Augustino sermon. 15. in append. de di-
uers.* [Si diligenter attenditis, fratres charis-
simi omnes Sacerdotes Domini, & mini-
stros Ecclesiarum, in grandi periculo esse
cognoscetis. Nam si pro se vnusquisque vix
potest in die iudicij rationẽ reddere, quid
de Sacerdotibus futurum est, à quibus sunt
omnes animæ exquirendæ?] Quintò, colligi-
tur ex eodem *Chrystomo supra citato,*
S. Augu. *relato à Molina tractat. 2. de instruction. Sacerdot.*
cap. 21. § 2. [Sicut de templo omne bonum
egreditur, sic, & de templo omne malum
procedit; vidit studiosus agricola arborem,
pallentibus folijs marcidam, & intellexit,
quia læsuram in radicibus haberet. Nam
verè, quemadmodum cum viderit arbo-
rem

rem

Causar Sacerdos.

33

rem pallentibus folijs, intelligit, quia aliquam culpam habet circa radicem: ita cum videris populum indisciplinatum, & irreligiosum, sine dubio cognosce, quia in Sacerdotibus culpa sit.]

DISPUTATIO IV.

De Ordine.

QVAESTIO I.

Quid sit Ordo.

Respondetur, Ordinem esse quoddam signaculum Ecclesiae, quo spiritualis potestas traditur ordinato. Ita docet *Magister in 4. dist. 24.* & est communis Theologorum sententia.

Magister.

Dicitur, Ordo, quia per illum in gradu quodam, ac certo ordine Ecclesiastico homo constituitur.

Dicitur, spiritualis potestas, quia potestas Ordinis primario versatur circa spiritualia, nepe circa sacramenta cōficienda, *Augustinus* verò sic definit ordinē *lib. 19. de Ciuit. Dei, c. 13.* Est ordo parium, dispariumq; rerū, sua cuique loca distribuens dispositio.

August.

Confirmatur, nam in Angelorum multi-

C

tu.

Dionys.

tudine tres Hierarchiæ, & nouem Angelorum ordines reperiuntur, teste D. Dionysio cap. 6. de cœlest. hierarch. & in hominibus, & in quauis ciuili Republica etiam seruatur, ac reperitur ordo; quapropter vnus altero Superior, aut inferior est, vt est Ordo Senatoris, Equestris, & Plebeius; ergo etiam in Republica Christiana hic Ordo est assignandus, nimirum Clericorum, & laicorum, vt patet ex cap. duo sunt, 12. q. 10.

Q V A E S T I O II.

An ordo sit sacramentum,

Antequam respondeam .

Suppono, aliud esse Ordinem, & aliud ordinationem. Nam ordo significat gradum potestatis, ac ministerij Ecclesiastici, qui ordo non est sacramentum, sed effectus sacramenti, videlicet sacre ordinationis, per quam eiusmodi potestas confertur. Itaque status quæstionis versatur. An ordinatio sit sacramentum.

Respondetur, de fide esse, quod sit sacramentum ordinis, seu, quod ordinatio, per quam ordinis potestas confertur, sit verè, & propriè sacramentum, vt habetur ex Concilio Florentino in vniõne Armen. & patet ex

Concil.
Florent.

Tri-

Tridentino sess. 23. can. 3. de sacram. ordin. extra Concil. decreta Conciliorum.

Trid.

Confirmatur hæc veritas primò, ex sacra Scriptura, & deinde ex traditione, & postea ex auctoritate Sâctorum Patrum. Et quod attinet ad auctoritatem sacrae Scripturae, hæc verba habentur ex *D. Paulo 1. ad Timot.*

1. Tim. 4.

4. [Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi à Deo per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij.] Et

2. ad Timot. 1. [Propter quam causam admo- neo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum :

2. Tim. 1.

non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis, & delectionis, & sobrietatis] Quod verò pertinet ad traditionem, testatur hoc *Dionysius de Ecclesiast. hierarch. cap. 5.*

Dionys.

Denique quod attinet ad auctoritatem Sâctorum Patrum, primò, probatur ex auctoritate *Theodoretii in historia Sâctorum Patrum cap. 15.* [Accipe donum sacerdotij, mea quidem dextera ministrante, sanctissimi autem spiritus gratia suppeditante.] Secundo, probatur ex *D. Ambrosio de dignit. Sacerdot. capit. 5.*

Theodor.

[Quis dat Episcopalem gratiam, Deus, an homo? Respondes sine dubio, Deus, sed per hominem dat Deus; homo imponit manus, Deus largitur gratiam : Sacerdos imponit supplicem dexteram, & Deus benedicit potèti dextera; Episcopus initiat ordinem,

D. Amb.

& Deus tribuit dignitatem.] Omitto alias auctoritates Sanctorum breuitatis causa.

Q V A E S T I O I I.

Quos sint Ordines.

Respondetur, de numero ordinum quatuor esse sententias Doctorum. Prima aserit, esse septem ordines, idest quatuor minores, nempe Ostiarij, Lectoris, Exorcistæ, Acolythi: & tres maiores, scilicet Subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum, sub quo includitur Episcopatus. Dicuntur hi tres maiores, quia illis initiati magis accedunt in ministerio Altaris, quam qui minoribus sunt initiati. Hæc est opinio

*D. Tho.
Alens.
Abb.
Bon.*

D. Tho. in addit. quest. 37. ar. 3. Alens. 4. par. q. 79. memb. 8. & q. 80. memb. 4. Abb. in 4. dist. 24. ar. 8. Bon. ar. 1. q. 2. & 3. & aliorum communiter.

Navar.

Secunda sententia est Canonistarum, qui, ut refert *Navar. in manual. cap. 22. num. 18.* nouem ordines ponunt, nempe septem iam dictos, & præterea Episcopatum, & primam tonsuram.

Titelm.

Tertia sententia ad hos nouem adiungit ordinem Psalmistarum, seu Cantorum. Ita *Titelm. lib. de sacram. cap. 3. & alij.*

Quarta est aliorum, qui octo ordines ponunt, nempe septem dictos in prima sen-

ten-

rentia, & præterea Episcopatum. Ita *Alli-*
siod. lib. 4. in cap. de sacram. ordin. q. 1. Duran. in 4.
dist. 24. q. 6. Palud. dist. ead. q. 7. Val. to. 2. de sacram.
cap. 116. Caiet. to. 1. opus. tract. 11. Michael Medina
lib. 1. de cœlib. cap. 16. Navar. cap. 22. num. 18. Pe-
trus Soto, lect. 1. & 4. de sacram. ordin. Bellarm. de
sacram. ord. cap. 5. Valen. disp. 9. q. 1. pun. 2. in fine.
 Sed

Ego, saluo meliori iudicio, dico, vtrum-
 que rectè dici posse, nempe, & esse septem
 ordines, & octo. Et ratio mihi est, quia
 vnusquisque ordo, per se sumptus, habet
 peculiare munus; nam officium Ostiarij est
 excludere ab Ecclesia indignos, & admitte-
 re dignos; sunt autem indigni infideles,
 apostatae, hæretici, excommunicati, inter-
 dicti, & cathecumeni post dictum Euan-
 gelium in Missa, vt bene docet *Fornar. de sa-*
cram. ord. cap. 7. nu. 2. Item officium Ostiarij
 est percutere cymbalum, & campanam, vt
 habetur in Pontificali. Officium verò Le-
 ctoris est legere populo in Ecclesia lectio-
 nes sacras. Ita *Enriquez lib. 10. cap. 9. nu. 2.*

Officium Exorcistæ est exorcizare, & im-
 ponere manus super Cathecumenos ad fo-
 res Ecclesiæ ante baptismum, & energu-
 menos exorcizare, vt pellantur ab eis Dæ-
 mones; quod tamen nunc præstare solent
 Sacerdotes.

Atolythi officium est duplex. Vnum est
 præ-

Allisiod.
Durand.
Palud.
Val.
Caiet.
Michael
Medina.
Navar.
Petrus
Sot.
Bellarm.
Valen.

Fornar.

Enriq.

præsentare vasa vini, & aquæ, & dare Subdiacono in Missa; alterum est ferre circum ante Sacerdotem, & cum legitur Euangelium in Missa.

In Miss.
Romano.

Subdiaconi officium est proximè assistere in sacrificio Missa, & Diacono ministrare in his, quæ satis explicitè, & distinctè continentur in *Missali Romano post rubr. tit. de ritu servando in celebrat. Missæ, S. de offertorio, &c.* Cætere item epistolam in solemni Missa, pallas altaris, & corporalia abluere, aliaque similia præstare; Instruere denique cathecumenos absente, vel impedito Diacono.

Gregor.
de Val.
D. Thom.

Addunt aliqui præcipuum eius munus in Missa solemni deferre, seu tradere calicem vacuum cum patena Diacono, qui apposito vino illum porrigit sacerdoti, & propterea Subdiaconum in sui ordinatione accipere ab Episcopo calicem vacuum, & patenam. Ita *Gregor. de Valen. disp. 9. q. 1. pun. 3. D. Tho. in 4. dist. 24. q. 1.*

Cœc. Car.

Diaconi officium est, in sacrificio Missæ Sacerdoti panem, & vinum in vasis tradere. Secundo, sanguinem populis propinare, cum esset dandus, sed nunc non est in usu; imò etiam perferre corpus Christi consecratum in patena, non tangendo illud, ac verò illud tangere, alijsque tradere iussu Episcopi, vel presbyteri, fuit quidem olim eius munus, ut patet ex *Concl. Carth. c. 38. sed*

Concil.
Nicæno.
Petr. Sol.

in Concilio Nicæno cap. 18. Iuithæc consuetudo sublata, & habetur in cap. peruenit, dist. 39. Lege Petrum Sol. lect. 2. de ordine, & alios. Tertio, legere Euangelium in Missa cum stola: & antiquitus illud prædicabat absque cathedra; legebat etiam homilias Sanctorum, & instruebat cathecumenos, vt probat copiosè *Henriq. lib. 10. c. 13. nu. 2.*

Henriq.

Sacerdotis officium est primò consecrare corpus, & sanguinem Christi. Secundò, absoluerè a peccatis. Tertio, prædicare populo ex commissione Episcopi. Quarto, administrare sacramenta, & celebrare diuina officia, ac populum instruere.

Ad officium Episcopi spectat consecratio Basilicarum, Vnctio altarium, &c. consecratio Chrismatis. impositio manuum, idest administratio confirmationis, & ordinis, communis populi benedictio, distributio beneficiorum Ecclesiasticorum, benedictio Virginum, prædicatio Euangelij, ac defensio fidei, &c.

Est autem multiplex ordo Episcoporum; continet enim Patriarchas, Archiepiscopos, seu Metropolitanarum, & Episcopos, vt docet *Magister sent. in 4. dist. 24.*

Magi. A.

Verùm probabiliter etiam dici potest Ordinem Episcopi non differre ab ordine sacerdotij, quia intrinsecè Episcopatus includit sacerdotium; quandoquidem nemo

Bellarmin.

potest esse, aut fieri Episcopus; nisi habeat ordinem Presbyteratus, vt benè explicat *Bellarmin. de sacram. ordin. cap. 5.* Itaque Episcopatus non est accipiendus in sensum diuiso, aut incompleto, secundum potestatem ordinandi, & confirmandi, quia hæc potestas præcisè sumpta, minor est, quàm potestas consecrandi corpus, & sanguinem: sed debet accipi in sensu composito, & completo, quatenus Episcopatus necessariò supponit, & intrinsecè includit acceptum ordinem Presbyteratus, & potestatem conficiendi corpus, & sanguinem Christi.

Q V A E S T I O III.

Quorum ordinum collatio sit verè, ac propriè Sacramentum.

Layman.

Respondetur primò de fide esse, ordinationem Presbyteri esse verè, & propriè sacramentum, vt rectè probat *Laym. de sacram. ordin. cap. 4.* Sed notanda sunt duo scitu digna. Primum est, quòd potestas conficiendi corpus, & sanguinem Christi absolute confertur nouo Sacerdoti; ita vt ea etiam vti possit consecrando cum Episcopo antequam accipiat potestatem remittendi peccata: quæ potestas remittendi peccata, inualidè alicui confertur, nisi prius accep-

pe-

petit potestatem consecrandi, ut aperte constat ex facto Christi, qui eodem tempore utraque potestatem tradit Apostolis. Nam in coena ultima tribuit eis potestatem consecrandi, ut patet ex Paulo 1. Corint. 11. Post resurrectionem verò contulit eis potestatem remittendi peccata, ut patet ex Ioan. 2. Ex quo deducitur, quòd si Sacerdos eiusmodi potestatem remittendi peccata non recepisset ab Episcopo, verè consecraret, & conficeret corpus Christi, sed non verè, ac realiter remitteret peccata, si absolutionis beneficium impenderet, etiam si haberet licentiam ab ordinario excipiendi confessiones, ut probat Bellarm. de sacram. ordin. cap. 9. Henriq. lib. 10. c. 6. num. 2. & Suarez. in 3. p. 10. 5. disp. 42. sect. 4. n. 13.

1. Cor. 11.

Ioan. 2.

Bellarm.

Henriq.

Suarez.

Secundum est, quòd licet partialis illa ordinatio presbyteri, per quam datur potestas remittendi peccata, sacramentalis sit: non est tamen sacramentum diuersum à potestate conficiendi corpus, & sanguinem Christi: sed priorem partialem ordinationem in esse sacramenti moraliter perficit, & consummat per receptionem facultatis remittendi peccata.

Sed dices: quando imprimitur character, cum confertur Sacerdoti potestas consecrandi, an verò quando tribuitur facultas remittendi peccata. An verò duplex character imprimitur?

Re-

Respondetur, imprimi characterem, quando recipitur potestas consecrandi; & perficitur ille, seu augetur, quando recipitur potestas remittendi peccata, & nouus non imprimitur, vt bene sensit *Layman. loc. cit. sed num. 2.* Nec placet quod *Vasquez* imaginatus est, citatus ab eodem *Layman*, nimirum, quod tale incrementum potestatis non sit quid reale, sed tantum denominatio extrinseca, scilicet acceptatio à diuina voluntate ad aliud officium exercendum; Nam cum character sit signum potestatis, ideò, si potestas augetur, conueniens etiam est, vt signum eius mutetur, & perficiatur.

Respondetur secundò, Episcopatum esse propriè, & verè sacramentum; tum quia in ordinatione Episcopi cum impositione manuum dicitur. *Accipe spiritum sanctum*; qua ceremonia apertè significatur conferri gratiam sanctificantem; tum quia per hanc ordinationem homo destinatur ad ministeria valde ardua, videlicet confirmandi fideles, ordinandi Clericos, &c. ergo credere oportet, gratiam ei annexam esse ad talia munera ritè, & dignè obeunda. Ita affirmat quasi innumeri Doctores; teste *Layman citato*. Et licet ordinatio Episcopi, qui ante, necessariò presbyter esse debet, sacramentalis sit: non tamen est sacramenta distinctum à Presbyteratu, sed ordinationem

Pre,

*Layman.**Layman.*

Presbyteri in esse sacramenti habitudine morali magis perficit, & consumat, eo quod neque distinctum characterem animam imprimat, sed characterem sacerdotalem intrinsecè auget, ac perficit, vt ordinatus iam non tantum sanctissimam Eucharistiam cōficere, sed etiam alios ordinare possit. Ita

Henriq. lib. 10. cap. 7. n. 2. & alij.

Henriq.

Respondetur tertio, valde probabile, & quasi certum esse, quod Diaconatus sit vere, & propriè sacramentum, à Christo institutum. Ita *Bellarm. de sacram. ordin. cap. 6.* & est communis sententia Theologorum;

Bellarm.

Tum quia confertur per impositionem manuum, dicente Episcopo: *Accipe Spiritum sanctum, &c.* Tum quia Diaconus ordinatur ad ministeria valde sacra, vt patet quando assistit sacrificio Missæ.

Respondetur quarto, de subdiaconatu non ita certum esse, illum esse sacramenti: & adhuc minus certum esse de quatuor minoribus ordinibus: est tamen probabile, cum sit communior Doctorum sententia, teste *Laym. loc. cit. sed num. 4.* Et hanc sententiam tenet *D. Tho. in 4. dist. 24. q. 2. artic. 1. questione 3.* Verum *Caietanus, & Durand. cit. à Layman simul cum Magistro sent. in 4. dist. 24. & alijs apud Vasq. citatum ab eodem Laym.* existimant subdiaconatum esse ab Ecclesia institutum, ideoque sacramentum

Layman.

D. Thom.

Caietan.

Duran.

Layman.

Magister

Vasq.

Sanchez.

non esse, sed sacramentale quoddam, idemque multò magis sentiūt de minoribus ordinibus; quam sententiam, quoad minores ordines ait esse probabilissimam Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 31. nu. 11. Sed de subdiaconatu, censeo sequendam esse communioem sententiam.

Dices. Si ordinatio Diaconi sacramentum est, & quidem distinctum ab ordinatione Sacerdotis, & in opinione aliorum Doctorum, etiam subdiaconatus, & alij quatuor minores ordines sunt sacramenta, sequitur, quod sacramentum ordinis non sit vnum, sed multiplex.

Henriq.

Respondetur, esse vnum sacramentum, quia omnes ordines referuntur ad eundem finem principalem, videlicet ad constituendum corpus Christi, & omnes tendunt ad sacerdotium, vt rectè docet Henriq. lib. 10. cap. 4. nu. 1.

Q V A E S T I O I V.

*Quæ sit materia, & forma singulorum ordinum:
& quando imprimatur character.*

Respondetur, materiam singulorum ordinum esse traditionem instrumentorum, quibus significatur potestas, quæ
fin-

singulis traditur; formam verò esse verba,
 quæ in traditione eiusmodi materiæ pro-
 ferantur in ordinatione à ministro: quæ ha-
 bentur in Pontificali. Et vt veniam ad par-
 ticulares materias, Ostiatio confertur or-
 do, & imprimitur character in traditione
 Clauium Ecclesiæ: Lectori in traditione
 libri, in quo continentur sacræ lectiones, &
 præsertim Prophætatum. Exorcistæ in tra-
 ditione libri Exorcismorum; Acolytho in
 traditione vrceoli, & candelabri cum ce-
 reo; si autem seorsum ei tradantur, im-
 primitur character in traditione vrceoli vacui,
 vt docet *D. Thom. in addit. q. 37. ar. 3. quem se-
 quitur Sylu. verb. ordo, 2. q. 4. §. 2.* Subdiacono
 imprimitur character per traditionem ca-
 licis vacui, cum patena vacua superposita,
 & per traditionem libri Epistolarum; Dia-
 cono per traditionem libri Euangeliorum,
 & per manuum impositionem, cum distin-
 cta forma verborum. Presbytero autem
 confertur per calicis cum vino, & patenæ
 cum pane porrectionem, cum hac forma:
*Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia
 pro uiuis, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, &
 Spiritus sancti. Potestas verò absoluendi à
 peccatis confertur per manus impositio-
 nem, cum hac forma: Accipe Spiritum san-
 ctum: quorum remisseris peccata remittentur eis: &
 quorum retinueris, retenta erunt; & sic de alio-*
 rum

Pontificali

D. Thom.
Syluester

Martin. Fornar. rum ordinum formis, vt in Pontificali, vt rectè docet *Martin. Fornar. de ordin. c. 2.*

Bellarmin. Denique Episcopus consecratur per manus impositionem, & per traditionem libri Euangeliorum, & secundum aliquos, per vñtionem capitis ex chrismate; vel per hæc omnia simul; ita tamen, vt in prima cõremonia imprimatur character Episcopalis, & per alias perficiatur, & extendatur, vt patet ex *Bellarmin. de ordin. cap. 9.* Ad consecrationem verò Episcopi tres Episcopi requiruntur, sicut habetur apud *Anacletum epist. 2. Concil. Carthag. 4. cap. 2. c. 1. e Episcopi, de temp. ordin.* An verò sit de substantia ordinationis non consentiunt Doctores, sed probabilius est per dispensationem, vel commissionem Summi Pontificis fieri posse, vt vnus Episcopus alium ordinet, vt colligitur ex *Clement. lib. 8. consut. cap. 27.* & docet *Bellarmin. de notis Eccles. lib. 4. cap. 8.* & alij Doctores.

Pro complemento quæstionis 4. fient aliquæ petitiones scitu dignæ, ex quarum responsionibus scientur multa.

Petes primò. An Christus Dominus instituerit omnes materias ordinum.

Bellarmin. **R**espondetur, ex *Bellarmin. de sacram. ordin. cap. 9. in fin. affirmatiuè.* Hæc sunt formalia verba *Bellarmini.* [Credibile esse Do-
mi-

minum instituisse omnes materias ordinum, non quidem in particulari, sed generaliter, monendo Apostolos, ut ordines conferrent per traditionem instrumentorum, quibus significaretur eorum potestas.]

Petes secundò. An Christus Dominus contulerit sacerdotium Apostolis per impositionem manuum sicut nunc confertur ab Episcopis.

Respondetur, hoc non reperiri scriptum, nempe Christum contulisse Apostolis sacerdotium per impositionem manuum: sed neque scriptum esse contrarium. Neque mirum hoc esse debet, quandoquidem multa fecit Dominus, quæ scripta non sunt. Et quamvis constaret Dominum contulisse ordinationem Apostolis sine impositione manuum, nihilominus non sequitur, impositionem manuum non esse necessariam ad conferendum sacerdotium; Nam Dominus, qui sacramentis alligatus non erat, poterat Apostolis dare effectum sacramenti sine sacramento, idest ordinare Presbyteros, & Episcopos sine manuum impositione; sicut eisdem Apostolos sine sacramento confirmavit: & Magdalenam sine sacramento absoluit, ut bene notat *Bellar. de sacram. ord. capit. 2. in fine.* Et ratio esse potest, quia Christus Dominus erat instrumentum coniunctum diuinitati, ac proinde habebat

Bellarms.

bat

bat potestatem excellentiæ, & consequenter poterat operari effectum omnium sacramentorum ad libitum suæ voluntatis, iuxta exteriori sacramento.

Petes tertio. An contactus materiae in ordinatione sit de essentia sacramenti.

Respondetur affirmatiue, secundum cõmunem sententiam Theologorum, teste *Fornario de ordin. c. 2. nu. 4.* sed *Caiet. verb. ordinandi*, ait contactum, non esse de essentia. Verum necesse non est, vt contactus sint simul mathematicè, & prolatio formæ, sed satis est, vt sint simul moraliter. Ita *Henriquez lib. 10. capit. 10.* & alij insignes Doctores. Sed

Notandum est, in ordinatione Presbyteri esse necessarium tangere patenam cum hostia, secundum usum Ecclesiæ, vt habetur in Pontificali: & hoc tutius est, licet aliqui dicant sufficere contactum morale; qui enim tangit vas, videtur etiam tangere materiam contentam.

Notandum denique est, quod si in ordinatione vnus Episcopus profert formam, & alius tradit materiam, nõ valet, sed idem Episcopus vtrumque præstare debet. Ita *Suar. to. 5. p. disp. 42. sect. 3. num. 12.* qui addit, sic ordinatum, non esse irregularem, contra

Fornar.

Caiet.

Henriq.

Suar.

tra Simonem Maiolum. Ratio est, quia re vera nullum ordinem accepit. Notat verò idem *Suar. loc. cit.* licet fit de substantia ordinationis, vt ordinans proferat formam, & tradat materiam, etiam in minoribus ordinibus, & in maioribus: non est tamen semper necessarium, vt Episcopus per se immediatè tradat materiam, vt de Acolythis significatur in *c. Acolythus dist. 23.* & fatetur *D. Tho. in 4. dist. 23. q. 1. ar. 2. ad 2.*

Suarez.

D. Thom.

Petes quarto. An cum multi simul ordinantur, & Episcopus semel prolata forma in plurali, tradit deinde materiam tangendam, sed non omnes simul tangunt illam, sed bini, vel terni, & sic deinceps, interiecto aliquo spatio temporis, valida fiat ordinatio.

Respondetur esse validam ordinationem, quia moraliter materia, & forma censentur esse simul; & ita fuit decisum Romæ in quadam Congregatione, teste *Fornario de ordin. cap. 2. num. 5.* Verùm seruanda est Rubrica Pontificalis, & consuetudo, vt scilicet cum traditione materiæ statim proferantur verba formæ ijs solùm, qui tangunt, & deinceps alijs eodem modo, ac ratione.

Fornar.

D

Pe.

*Petes quintò. An calix, qui porrigitur in ordinatio-
ne subdiacono, & presbytero, debeat esse conse-
cratus.*

*Palud.
Fornar.*

Respondetur, debere esse cōsecratum, quia sic est in vsu. Ita *Palud. dist. 24. q. 2.* & alij, teste *Fornar. de ordin. loc. cit.* Scio alios Doctores oppositam sententiam tenere, nempè non esse opus, vt calix sit consecratus, vt inter alios docet *Henriq. lib. 10. c. 5. lit. P. & c. 8. num. 3.*

Henriq.

Petes sextò. Quid sit character ordinis.

Suar.

Respondetur, ex *Suar. 10. 4. 3. par. q. 62. ar. 4. disp. 11. sect. 2.* characterem esse qualita- tem supernaturalem, realiter ab anima distinctam, atque diuinitus infusam, vt fuse probat *idem Suar.* qui citat pro se *Sotum.*

*Idem.
Suar.*

Petes septimò. In qua specie qualitatis sit character.

Suar.

Respondetur, ex *Suar. loc. cit. sed sect. 3.* characterem esse qualitatem, seu dispositionem, seu habitum difficile mobilem, conuenientem ipsi anime, ac formaliter perficientem illam sine vllò ordine ad operationes, sicut pulchritudo, vel sanitas est bona corporis dispositio. Ita sentit

rit *Alex. Alens.* 4. p. q. 19 m. mb. 1. ar. 2. & *Bonau.* in 4. dist. 6. ar. 1. quæst. 1. Sed aduertendum est, quòd ista qualitas, quam dicit *Suar.* esse characterem, est habitus fixus, & immobilis, & in rigore philosophico non est propriè dispositio.

*Alexan.
Alens.
Bon.
Suar.*

Neque dicas, habitum præbere facilitatem ad operandum, & consequenter esse operatiuum; Quia falsum est, omnes habitus esse operatiuos: nã sanitas dicitur etiam esse habitus, & tamen nõ dicitur esse operatiua. Neque dicas, characterem esse potentiam physicam supernaturalem, quia saltem in ordinibus minoribus non agnoscitur talis potestas; Nam quamuis vnusquisque ordo habeat peculiare munus: non tamen requiritur potentia physica supernaturalis ad illa exercenda.

Sed dices, saltem characterem ordinis sacerdotalis, & Episcopalis esse physicam potentiam supernaturalem, quia verba Sacerdotis concurrunt ad conficiendum sacramentum, & idem dicitur de potestate Episcopi quoad ordines conferēdos, &c.

Respondetur, ex *Suar. loc. cit.* sed sect. 3. lit. B. & C. & primò quoad characterem sacerdotalē, non esse potentiam physicam supernaturalem, quia medijs verbis Sacerdotis cõsicitur sacramentum: quæ

Suar.

verba naturali vi possunt dici à Sacerdote ? Idem dicitur de Episcopo quando confert ordines, & sacramentum confirmationis; ergo dicendum est, characterem esse tantum potentiam moralem, quatenus ad presentiam verborum, vt ita dicam, suppositis alijs requisitis ad hoc, vt conficiatur sacramentum, concurrat Deus ad tale sacramentum conficiendum, quia sic Deus instituit, nempe, vt à Sacerdote insignito ordine sacerdotali cōficiatur v.g. Eucharistia. Ex his.

Colligitur clarè, characterem esse propriè quoddam signaculū, quo aliquid insignitur, vt ordinatū in aliquem finem; sicut milites insigniuntur caractere, quasi ad militiam deputati; homo autem fidelis ad duo deputatur; primò quidem, & principaliter ad fruitionem gloriæ: & ad hoc insignitur signaculo gratiæ, secundum illud

Ezech. 9.
Apoc. 7.

Ezech. 9. Signa Thau super frontes vivorum gemētium, & dolentium; Et Apoc. 7. [Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoad usque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.] Secundò, autem deputatur quisque fidelis ad recipiendum, vel tradendum alijs ea, quæ pertinent ad cultum Dei; & ad hoc deputatur propriè character sacerdotalis.

Petes octauo. In quo subiecto sit character, nimirum an in substantia, an in potentia animæ, scilicet in intellectu, an in voluntate.

Respondetur primò, certum esse apud omnes Theologos, teste *Suar. tom. 3. 3. p. q. 63. disp. 11. sect. 4.* characterem imprimi in anima, & esse signaculum spirituale; & quia est qualitas spiritualis, oportet vt in subiecto spirituali inhæreat.

Respondetur secundò, ex *Alex. Alex. 4. p. q. 19. memb. 3. & Bonau. in 4. dist. 6. ar. 1. q. 3.* characterem esse in intellectu, & voluntate. Sed hæc sententia reiecta est ab alijs Doctõribus. Sed *Scot. in 4. dist. 6. q. 11.* ait [esse in voluntate; Cuius fundamentum est, quia character est dispositio ad gratiam; sed gratia, cum sit idem cum charitate, est in voluntate; ergo, & character.

Præterea, character est signum obligationis ad Deum; sed homo proximè obligatur Deo per actum voluntatis; ergo decet, vt talè signum sit in voluntate. *D. Thom.* verò hic, quem defendunt omnes Thomistæ, docet, characterem esse in intellectu. Et ratio est, quia character ordinatur ad actus diuini cultus: ad actum autem immediatè ordinatur potentia animæ, & non essentia; ergo character immediatè est in po-

Suar.

Alex.
Alens.
Bonau.

Scotus.

D. Thom.

tétia, nō in anima. Rursus, actus diuini cultus, ad quem character ordinatur, est quædam fidei protestatio; ergo oportet, vt character sit in agnoscitiua potentia, in qua est virtus: hæc autem est intellectus: ergo. Sed *Marfyllius in 4. q. 4. artic. 1* quem sequitur *Suar. tom. 3. 3. par. 9. 66 disp. 11. sect. 4.* docet, esse immediatè in essentia animæ. Ratio sumi potest ex munere, seu officio signi, quando enim aliquid imprimitur alicui rei, vt sit signum manifestans rem illam, vt destinatum ad aliquod munus, eamque à ceteris distinguens, in illa parte poni debet, quæ notior est, & aptior ad notificandam rem illam, & distinctionem eius; sed substantia animæ secundum se notior est, & prior quàm potentia; ergo cum hoc signum sit spirituale, atque adeo proportionatum ipsis rebus, quatenus secundum se cognoscibiles sunt, poni debet in ea re, quæ secundum se notior est; ergo debet poni in substantia eius.

Petes nond. An Christus, cum sit summus Sacerdos, sit insignitus caractere sacerdotali.

Suar.

Respondetur, ex *D. Tho. cit. à Suar. loc. cit.* negatiuè. Ratio verò cur Christus nō indiguit caractere, est, quia ipse rōne suæ diuinitatis excellētiori modo est veluti designatus in supremum Ducem, Principem,
&

& Sacerdotem, & ideò non indiget caractere, qui est veluti quædam participatio supremi sacerdotij Christi, & supponit imperfectionem in subiecto quod afficit, scilicet, quòd sit membrum, miles, aut minister alterius superioris capitis. Non negatur verò, quòd Angeli sint capaces characteris, licet de facto nullo caractere sint insigniti, vt rectè docet *Suar. loc. cit.*

Suar.

Petes decimò. Vtrum character in sit anima indelibiliter.

Respondetur affirmatiuè, vt colligitur clarè ex *Tridentino sess. 23. cap. 4. his verbis*: [Quoniam verò in sacramento ordinis, sicut & in Baptismo, & Confirmatione character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri potest, &c.] Ratio assignari potest, quia character sacramentalis est quædam participatio sacerdotij Christi in fidelibus eius; Sed sacerdotium Christi est æternum, secundum illud *Psalmi 109. Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*; ergo etiam debet esse æternū sacerdotium in fidelibus Christi. Præterea, Anima est subiectum characteris sacerdotalis, vel secundum substantiam suam, vel secundum partem intellectiuam, secundum varias Doctorum sententias; sed anima, vel intellectus

Concil.
Trid.

Psal.

est perpetuus, & incorruptibilis; ergo etiam debet esse character perpetuus, & incorruptibilis qui subiectatur in anima, vel in intellectu.

Neque dicas, ergo idem dicendum est de omnibus alijs qualitatibus spiritualibus, quæ insunt animæ, vt est fides, spes, & caritas; nam est diuersa ratio; quia hæc possunt destrui per actum contrarium; at character cum sit quædam virtus instrumentalis dicit ordinem, ad principale agens, sed principale agens est Christus, vt patet in omnibus sacramentis, & est æternus; ergo etiam debet esse æterna virtus eius instrumentalis.

Petes decimoprimum. Vtrum Christus secundum quod homo, habuerit potestatem operandi interiorum effectum sacramentorum.

D. Thom.

Respondetur, ex *D. Tho. 3. p. q. 64. ar. 3.* interiorum sacramentorum effectum operari Christum, & secundum quod est Deus, & secundum quod est homo. Nam secundum quod est Deus operatur in sacramentis per auctoritatem: secundum autem quod est homo operatur ad interiores effectus sacramentorum meritorie, & efficienter, sed instrumentaliter; quandoquidem Passio Christi, quæ competit ei secundum

cu-

eundem humanam naturam, causa est no-
 stræ iustificationis, & meritorie, & effecti-
 uæ, non quidem per modum principalis
 agentis siuè per auctoritatem, sed per mo-
 dum instrumenti, in quantum humanitas
 est instrumentum diuinitatis eius: sed ta-
 men quia est instrumentum coniunctum,
 diuinitati in Persona, habet quandam prin-
 cipalitatem, & causalitatem respectu instru-
 mentorum extrinsecorum, qui sunt mini-
 stri Ecclesiæ; & ideo sicut Christus, in quã-
 tum Deus, habet potestatem auctoritatis in
 sacramentis: ita in quantum homo, habet
 potestatem ministerij principalis, siuè po-
 testatem excellentiæ, quæ quidem consistit
 in quatuor. Primò quidem in hoc, quod
 meritum, & virtus passionis eius operatur
 in sacramentis: & quia virtus Passionis co-
 pulatur nobis per fidem, secundum illud
 Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiato-
 rem per fidem in sanguine ipsius; quam fi-
 dem per inuocationem nominis Christi
 protestamur; ideo secundò ad potestatem
 excellentiæ, quam Christus habet in sacra-
 mentis, pertinet, quòd in eius nomine sa-
 cramenta sanctificantur; & quia ex eius in-
 stitutione sacramenta virtutem obtinent,
 inde est, quod tertio ad excellentiam pote-
 statis Christi pertinet, quod ipse, qui dedit
 virtutem sacramentis, potuit instituere sa-

Rom. 3.

Gra.

cramenta; quia causa non dependet ab effectu, sed potius è conuerso, quartò ad excellentiam potestatis Christi pertinet, quod ipse potuit effectum sacramentorum sine exteriori sacramento conferre.

Petes decimosecundò. Vtrum Christus potestatem suam, quam habuit in sacramentis, potuerit ministris communicare.

D. Tho.

Respondetur, ex *D. Thom. 3. par. 9. 64. ar. 4.* Potestatem per auctoritatem, quam habet Christus in sacramentis in quantum est Deus, nulli creaturæ potuit communicare: potestatem verò excellentiæ, quam habet Christus in quantum est homo, illam potuit Christus ministris communicare, dando scilicet eis tantam gratiæ plenitudinem, vt eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectus, vt ad inuocationem nominum ipsorum sanctificarentur sacramenta, & vt ipsi possent sacramenta instituire, & sine ritu sacramentorum, effectum sacramentorum conferre solo imperio. Potest enim instrumentum coniunctum, quãtò fuerit fortius, tantò magis virtutem suam instrumento separato tribuere, sicut manus baculo; de facto verò eiusmodi potestatem non communicauit Ministris Ecclesia propter vtilitatem fidelium, ne in hominem spem

spem ponerent, & ne essent diuersa sacramenta, ex quibus diuisiō in Ecclesia oriretur, sicut apud illos, qui dicebant. [Ego sum Pauli: ego autem Apollo: ego verò Cephe,] vt dicitur 1. Corinb. I.

1. Cor. I.

Q V A E S T I O V.

De suscipientibus ordinem,

Petes primò. An sint capaces ordinum scemina, hermaphroditus, & masculus non baptizatus, aut non confirmatus, vel non initiatus prima tonsura.

Respondetur primò, sceminam non esse subiectum capax ordinationis, sed solum masculum baptizatum. Est de fide teste *Layman de ordin. tract. 9. cap. 6. nu. 1.* & colligitur ex *D. Tho. in 4. dist. 25. q. 2. art. 1.* & *Bonau. art. 2. q. 1.* & hoc patet ex diuina institutione, vt habetur ex *Paul. 1. ad Corinb. 14.* [Mulieres in Ecclesijs taceant; non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut ex lex dicit:] & infra: [Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent: turpe enim est mulieri loqui in Ecclesia.]

*Layman.
D. Thom.
Bonau.
1. Corin.
14.*

Hinc

Colligit rectè *Vasq. disp. 245. cap. 2.* non posse à Summo Pontifice constitui, vt mulier

Vasq.

lier validè prima tonsura initietur, licèt prima tonsura sacramentum non sit, sed sacramentale, ab Ecclesia institutum. Ratio est, quia prima tonsura est deputatio personæ ad eum statum, ex quo ad Ecclesiasticos ordines, & gradus ascendere possit: sed mulier ex diuina institutione est incapax huius ascensus: ergo.

Respondetur secundò, ex communi sententia Doctorum, teste *Fornario de ordine*, cap. 3. nu. 1. hermaphroditum non esse capacem ordinis, nisi vigeat in eo virilis sexus.

Fornar.

Toletus.

Ita sentit etiam *Tolet. lib. 1. c. 58. nu. 5.* vbi addit, quòd licèt eiusmodi hermaphroditus non sit irregularis, nempe quando in eo viget virilis sexus: nihilominus, quando vitium esset notorium, non esset promouendus ad ordines propter scandalum populi.

Turrecr.

Hugo.

Toletus.

Ita tenent *Turrecrem. & Hugo* citati ab eodè *Tolet. loc. cit.*

c. veniens.

Respondetur tertio, masculinum non baptizatum non esse capacem ordinis, quia sacramentum Baptismi est ianua omnium sacramentorum, vt patet ex *capit. veniens, de presbyt. non baptiz.*

Respondetur quartò, Baptizatum, & non confirmatum esse capacem sacramenti ordinis. Ratio est, quia sacramentum confirmationis non est de essentia, vt præcedat sacramentum ordinis, sed tantum est de

præ-

præcepto. Sed *Henriq. lib. 10. c. 14. n. 2.* requirit sacramentum Confirmationis in ordinando tantum ex congruitate. *Zambranus* verò, *Molfesius*, & *Reginaldus*, citati à *Diana to. 2. tract. 4. de sacram. resol. 24.* apertè dicunt non esse peccatum mortale suscipere sacramentum ordinis absque præuia receptione sacramenti Confirmationis; itaque tantum eicit peccatum veniale.

Respondetur quintò, qui non est initiatus prima tonsura, est capax ordinis, sed peccat recipiendo ordines, & est suspensus. Ita tenet *Sacra Congregatio sess. 23. capit. 14. de Sac. Cong. reform.*

Petes secundò. Quenam sit ætas legitima ad suscipiendos ordines.

Respondetur ad primam tonsuram, & ordines minores requiri saltè septem annos completos: ad subdiaconatum viginti duos inchoatos: ad diaconatum viginti tres annos inchoatos: ad Presbyteratum vigintiquinque annos inchoatos. Vnum aduertit *Bonac. de sacram. ordin. disp. 8. q. vn. pun. 6. num. 12.* quod isti anni inchoati ad suscipiendum subdiaconatum, diaconatum, & Presbyteratum, sufficit, vt sint inchoati etiam per medium diem. Itaque ad suscipiendum ordinem subdiaconatus sufficit annus viginti-

*Bonacin.
in punt.*

Bull. Pij
II.

simus primus, & vnus dies. Ad suscipiendum diaconatum satis sunt viginti duo anni, & vnus dies. Ad suscipiendum denique Presbyteratum sufficiunt vigintiquatuor anni, & vnus dies, vt colligitur ex Bulla Pij II. *cap. nullus, de temp. ordin.*

Petes tertio, quæ ætas sit satis ad hoc, vt aliquis possit esse Episcopus.

Respondetur esse opus, vt quis sit ætatis triginta annorum completorum, vt patet ex *c. cum in cunctis de electi.*

Petes quarto. An si infans, qui caret v'surationis, initiatur ordinibus, etiam sacerdotio, suscipiat characterem ordinis.

Fornar.

Respondetur, ex communi sententia Doctorum, teste Fornar. *de ordin. cap. 4: num. 3.* affirmatiuè. Verùm huiusmodi infans, ordine sacro initiatus, ad votum castitatis non tenetur, nisi post quartum decimum annum ratificet, cognita voti obligatione.

Aduertunt præterea Doctores, in adulto, cum ordinatur, requiri intentionem, quare si quis inuitus ordinetur, non recipit characterem, si autem metu coactus, etiam graui, habuit aliquis voluntatem accipiendi ordinem, accipit cum ordine, seu characterē

tere executionem illius . At verò ordinatus metu iniusto , qui cadit in virum constantem , si nolit vti ordine sacro , non prohibetur vxorem ducere , iuxta communem sententiam Doctorum , teste *Fornar. loco supra cit. quam sequitur Henriq. lib. 10. capit. 14. num. 3.*

*Fornar.
Henriq.*

Petes quiud . Quibus prohibitum sit ordines suscipere .

Respondetur primò , Bigamis esse prohibitum suscipere ordines absque dispensatione Papæ ; & eiusmodi prohibitio nedum intelligitur respectu eorum , qui veram bigamiam incurrerunt : sed etiam respectu eorum , qui in bigamiam interpretatiuam , & similitudinariam inciderunt . Dicitur vera bigamia quando quis duas vxores legitimè duxit , & cognouit carnaliter , siuè duxerit ante baptismum , siuè post baptismum , vt colligitur ex *cap. acutius , dist. 26.* & est communis sententia Doctorum . Dicitur interpretatiua quando quis re vera non contraxit cum duabus : vt si quis coniugatus de nouo contrahit cū alia , & cum ea copulam habet ; Vel quando vnam vxorem legitimam habuit , & postea aliam inualidè duxit cum impedimento dirimente , vt patet ex *cap. nuper , de bigam. tunc enim*

c. acutius.

si cum ea copulam consumet, fit bigamus non realiter, sed interpretatiue; quia præsumitur bis contraxisse matrimonium, ob affectum, & intentionem contrahendi cum duabus, copula subsecuta animo maritali. Dico, Animo maritali; quia qui vnum matrimonium contrahit cum ficto consensu, vt extorqueat copulam, non dicitur bigamus in foro conscientiæ, vt *Grisald. Vinald. & Henriquez* citati à *Suar. disp. 49. tom. de censur. sect. 2.* affirmant. Quia non habent maritalem affectum, qui requiritur ad bigamiam. Et ob eandem rationem non dicitur bigamus vir coniugatus, qui adulteratur cum alijs.

Præterea contingit bigamia interpretatiua quando quis contrahit, vel cum vidua, quæ consummauerat matrimonium cum priore viro: vel cum alia, quæ fuerit carnaliter cognita, vt patet ex *cap. maritum, dist. 23.* & *cap. curandum, dist. 24.*

Dixi, cum vidua, quæ consummauerat matrimonium; quia ducens viduam, non cognitam à priore viro, non est bigamus; Sicut neque est bigamus ducens feminam, quæ ab alio sponso carnaliter non fuerit cognita, licet fuerit à seipso cognita ante matrimonium; Tunc enim non separatur caro, eo quòd matrimonium subsequens retrotrahatur, & reputetur quasi factum cum

Grisald.
Vinald.
Henriq.
Suar.

e. maritum.
& c. curandum.

cum illa ante primam copulam, atque censeatur contractum cum Virgine. Ita *Sayr. lib. 5. de censur. cap. 4. n. 17. & Bonac. disp. 7. pun. 5. num. 3.* & est communis sententia Doctorum.

*Sayr.
Bonac.*

Contingit denique bigamia interpretatiua quando quis contraxit matrimonium cum virgine, eamque cognouit postquam ipsa adulterata cum alio: siue volens adulterata fuerit, siue per vim, aut metum, vt patet ex *c. si cuius, & cap. si laici, dist. 34.* Secus dicendum est quando quis contraxit matrimonium cum virgine, sed eam non cognouit postquam adulterata est, vt communiter affirmant Doctores, & præcipue *Suar. disp. 49. de censur. sect. 3. n. 7.*

*c. si cuius,
& si laici*

Suar.

Dicitur Bigamia similitudinaria, quando quis post votum solemne castitatis emissum in professione Religionis, vel in susceptione sacrorum ordinum, matrimonium celebrat cum aliqua virgine, vel corrupta, eamque carnaliter cognoscit, vt patet ex *c. quotquot, dist. 27. q. 1. & cap. nuper, de bigam.*

*c. quot-
quot, &
c. nuper.*

Sed Petes primò. Cur Ecclesia statuerit, illum esse bigamum, vel irregularem, qui contraxit cum scemina ab alio cognita: non verò sit bigamus, qui contrahit matrimonium cum virgine, licet ipse sapius fornicatus sit.

R Espondetur, quia defectus virginitatis in scemina arguit maiorem defectum,

E

ctum,

ctum, quàm in viro. Quapropter, si quis contrahit matrimonium cum virgine minima, id est publica fabularû actrice, est etiam irregularis, vt affirmat *Suar. de censur. disp. 49. Reginald. sect. 3. Reginald. & alij citati à Bonac. disp. 7. q. 2. Bonacin. pun. 4. nu. 7.*

Petes secundò. An incurrat bigamiam, qui cum femina corrupta contraxit matrimoniû inualidum ob aliquod impedimentum dirimens.

Respondetur negatiuè, nempè non incurrere bigamiam, & consequenter non incurrere irregularitatem. Hoc intelligitur, modo cum ea non consummauerit matrimonium, alioqui dicitur bigamus, atque irregularis. Ita *Henriq. lib. 14. cap. 4. Nauar. cap. 27. nu. 195. & alij insignes Doctores.*

Petes tertio. An ad irregularitatem bigamia sufficiat copula nefanda.

Respondetur negatiuè, quia hæc non significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, vt affirmant communiter Doctores, teste *Bonac. loc. cit. nu. 9.*

Petes quarto. An dicatur bigamus, qui cõtrahit cum corrupta, quamuis ipse virginem esse credidit.

Re-

R Espondetur, ex Sayr. lib. 6. cap. 4. num. 19. Sayr.
affirmatiuè, dummodo eam postea
cognoscat.

*Petes quinto. An dicatur bigamus ille, qui post se-
parationem à sua uxore adultera, reconciliatio-
nem cum ea iniit, eamque post reconciliationem
carnaliter cognouit.*

R Espondetur, ex Sayr. lib. 6. cap. 4. nu. 20. Sayr.
& alijs Doctoribus, esse bigamum; se-
cus est si tantùm admitteret uxorem
quoad habitationem, nempe non esse bi-
gamum.

*Petes sexto. An maritus accusans uxorem de adul-
terio, & pendente accusatione, & matrimonio, ita
litigioso, ad mandatum Iudicis soluit debitum
uxori corruptæ, sit bigamus, & irregularis.*

R Espondetur, ex communi sententia
Doctorum, apud Sayr. lib. 6. cap. 4. n. 20. Sayr.
affirmatiuè, nempe esse bigamum,
atque irregularem. Sed oppositum idem Idem
Sayrus censet esse probabile. Sayr.

*Petes septimo. Vtrum infidelis, qui in infidelitate se-
pius contraxit, sit bigamus, & irregularis.*

R Espondetur affirmatiuè; Quia biga-
mia non tollitur per baptismum. Ita

Bonac.

communiter affirmant Doctores, teste Bonac. loc. cit. sed nu. 12.

Neque obstat quòd infidelis non sit subditus; Quandoquidem hoc reperitur expressè in iure.

v. si quis

Verùm per baptismum tollitur alia irregularitas, nempe illa, quæ prouenit ex homicidio. Vnde si infidelis occidit alium iniuste, vel iuste tempore infidelitatis, non est irregularis non solum tempore infidelitatis, sed neque post baptismum, & conuersionem ad fidem, vt patet ex cap. si quis viduum, dist. 30. & cap. si quis post baptismum.

Petes oflaud. An si quis liber ab omni voto, contraxit matrimonium cum femina, habente solemne votum castitatis, sit irregularis, si eam cognoscat.

Sayr.

R Espondetur secundum aliquos Doctores, teste Sayr. lib. 5. cap. 4. nu. 24. esse irregularem; sed ipse oppositum tenet cum Henriq. lib. 2. de sacram. matrim. cap. 6. §. 10. in fin. quia hoc non est expressum in iure.

Henriq.

Petes nonò. Quas penas incurrat bigamus.

Sayr.

R Espondetur, ex Doctoribus, citatis à Sayr. lib. 6. cap. 5. multas incurrere penas bigamum.

Pri-

Gregor.
Concil.
Trid.

Prima est, quòd bigamus nudatur omni priuilegio Clericali, vt definit Gregor. 10. in *c.unic. de bigam. in 6.* itaut nec Canonis 17. q. 4. *cap. si quis suadente diabolo, nec fori priuilegio cap. 2. de for. comp. lib. 6 gaudeat.* Vnde talis bigamus vexari potest vexationibus in persona, & rebus, vt patet ex *C. de Episcop. & Cleric. l. 1. & 2. & l. generalis, & c. ult. de vita, & banest. Cleric.* Hanc poenam intelligunt Doctores de solis Clericis, constitutis in minoribus, non autem de constitutis in ordine sacro, nec in Religioso professio, quamuis non sit insignitus ordine sacro: & consequens percussio bigamum similitudinarium, hoc est professum, vel in sacris constitutum, excommunicationem incurrit: nõ autem excommunicationem incurreret, qui bigamum in minoribus existentem percuteret. Vnum aduerto, quòd bigamus in sacris constitutus, vel religiosus professus, licet non amittant priuilegium clericale, non tamen admittuntur ad ordines, vel ad executionem ordinis, vt rectè colligit Sayr. loc. cit. ex *cap. unic. de bigam. lib. 6.*

Sayr

Secunda poena est, quòd huiusmodi bigami priuantur tonsura Clericali, vt habetur in *d. c. unic. de bigam. in 6.* vbi sub poena excommunicationis sententiæ ferendæ prohibetur tonsuram, vel habitum clericalem deferre. Hoc intelligitur de constitutis in

minoribus, non autem de constituto in ordine sacro, vel religioso professo. Quod si bigamus intret Religionem, portare potest tonsuram monachalem, quæ non est via ad ordinem plusquam conuersorum: & eum percussus est excommunicatus: & se habet solum, vt conuersus in Religione approbata. Ita *Sayr. loc. cit.* Tertia poena est, quod prohibentur deferre habitum clericalem præcisè, & quo vtuntur Clerici, actum sui ordinis, consecrationis, aut benedictionis facturi, vt superpelliceo, corona, dalmatica: Vnde *Palud. & Gabr. citati à Sayr. loc. cit.* dicunt, quod nec Epistolam legere possunt, etiam sine superpelliceo:

Sayr.

Palud.
Gabriel.
Say.

Quarta est, quod non possunt citra dispensationem ad aliquem ordinem promoueri, nec corona ipsis dari potest *sayr. loc. cit.*

Sayr.

Quinta poena est, quod bigamus non est capax beneficii Ecclesiastici, nec sæcularis, nec regularis. Est communis sententia Doctorum, teste *Sayr. loc. cit.* Præterea additur, nec Clericus, qui contraxit cum vnica, & virgine est capax beneficii, & perdit ipso facto beneficium quamuis non consummauerit matrimonium.

Sayr.

Quod procedit

Primo, etiã si nõ sit secuta copula, vt notant Doctores in *c. 1. de Cler. coniug.*

Sc.

Secundò, etiam si sit occultum, eum esse
 vxoratum. Ita Doctores apud *Sayr. loc. cit.* Sayr.

Tertiò, etiam si matrimonium contra-
 ctum, ob aliquem defectum extrinsecum,
 veluti consanguinitatis, aut affinitatis, non
 valeat. Ita *Panorm. in c. 1. nu. 7. de Cleric. coniug.* Panorm.
 & alij apud *Sayr. loc. cit.* Sayr.

Quartò, etiam si vxor monasterium in-
 gredi vellet, etiam antequam esset cognita,
 & fieri religiosa.

Quintò, Clericum, constitutum in mi-
 noribus, perdere beneficiù ipso facto post
 matrimonium contractum, vt colligitur ex
 Doctoribus citatis à *Sayr. loc. cit.* Sayr. Secus est si
 huiusmodi Clericus tantum contraxit spò-
 salia de futuro, nempè non perdere benefi-
 cium ipso facto. Et hoc est verum; ait *Na-* Nauar.
uar. in manual. c. 25. nu. 120. etiam si vxor ante
 consummatum matrimonium Religionem
 ingrediatur: & etiam si matrimonium ob
 aliquem defectum extrinsecum, veluti con-
 sanguinitatis, aut affinitatis, nõ valeret, mo-
 do consensus interueniat, nimirum perde-
 re beneficium ipso facto.

Sextò, constitutum in sacris, contrahen-
 tem matrimonium per verba de præsentì,
 non perdere beneficium ipso facto, sed pri-
 uari potest per sententiam. Sic *glos. in c. 1. in* Glos.
verb. dimittere, & Nauar. in manual. c. 25. nu. 220. Nauar.

Ratio cur constitutus in sacris non amittit

beneficium ipso facto contrahens matrimonium, & Clericus perdit beneficium, ipso facto contrahens matrimonium, est, quia matrimonium contractum à constituto in minoribus, tenet: à constituto in sacris, non tenet.

Peter decimo. Quis in bigamia dispenset.

Respondetur, certum esse apud Theologos, & Canonistas, Papam dispensare posse in omni specie bigamiæ; Quia bigamia est tantum impedimentum contra ius Canonicum, nempe non suscipiendi ordines, & susceptos non exercendi: non autem contra ius naturæ, aut contra ius diuinum, in quo Papa dispensare non potest. Sed

Difficultas est, An possit Episcopus dispensare in bigamia.

Respondetur, in bigamia similitudinaria, vt si Clericus in sacris v. g. contraxerat cum virgine, & aliam vxorem ante in habitu laicali, aut in minoribus non habuerit, potest Episcopus dispensare tum vt in susceptis ministret, tum etiam vt ad vltiora promoueat. Ita Sayr. de censur. lib. 6. c. 6. nu. 10. & plerique alij Doctores ab ipso citati.

Sayr.

Quoad

Quoad ordines minores, posita rationabili causa, simpliciter potest Episcopus dispensare cum bigamo, utcumque sit bigamus. Ita *D. Thom. in addit. 3. p. q. 66. ar. 5.* & alij Doctores, teste *Sayr. loc. cit.* sed *nu. 11.* verum *Bonac. disp. 7. q. 2. pun. 4. n. 15.* oppositam tenet, & hæc verba ait [Episcopus hoc tempore non videtur posse cum bigamis dispensare non solum ad suscipiendos ordines sacros, vel ad usum susceptorum, verum neque ad minores, vel ad primam tonsuram, vel ad beneficium.] & ita declarauit *Sacra Congregatio*, teste *Garzia 7. p. c. 6. nu. 5.*

D. Thom.
Sayr.
Bonacini.

Sac. Cong.
Garzia.

Petes decimoprimum. An possit Episcopus dispensare in quavis bigamia, quando est occulta, & non deducta ad forum contentiosum.

Respondetur negatiuè, quia *Tridentinum* non concessit facultatem Episcopis dispensandi in irregularitatibus prouenièntibus ex defectu, sed in prouenièntibus ex proprio delicto occulto, & non deducto ad forum contentiosum. Ita colligitur ex *Nanar. cap. 27. nu. 194.* & alijs. Et licet *Nanar.* & alij Doctores hoc dicant de illegitimis: tamen est eadem ratio de bigamis.

Concili
Trident.

Nanar.

Respondetur secundo. Illegitimis prohibitum esse suscipere ordines absque dispensatione.

Rou

Petes primò. Qui dicantur illegitimi.

Sayr.

R Espondetur, ex communi sententia Doctorum apud Sayr. lib. 6. cap. 10. nu. 6. Illegitimos filios diuidi in quatuor species; scilicet naturales, nothos, spurios, & manserres. Naturales sunt, qui ex viro soluto, & concubina vnica domi retenta nascuntur. Verùm ex iure pontificio requiritur ad hoc, vt naturalis filius dicatur, quòd natus sit ex his parentibus, qui tempore conceptionis, vel natiuitatis matrimonium contrahere poterant. Nothi dicuntur ij, qui nati sunt ex viro coniugato, & quacunque alia concubina, aut foemina soluta. Id autem discriminis est in iure ciuili inter hos duos, quòd naturalis potest succedere in bonis paternis ab intestato in duabus vncijs, si alij filij non existant, nec coniux legitima. Spurij dicuntur illi, qui incertum patrem habent. Differunt tamen à naturalibus filijs, quòd spurij propriè dicuntur illi, qui ex his parentibus nati sunt, qui natiuitatis, vel conceptionis tempore matrimonium contrahere non poterant. Manserres denique dicuntur, qui ex viro soluto, & meretrice, vel ex alia quacunque foemina fornicaria nascuntur.

Pes

Petes secundò . An illegitimi possint fieri legitimi per subsequens matrimonium.

Respondetur, ex *Sayr lib 6. cap. 6. num. 21.* affirmatiuè : & citat *Couarruuiam* . Neque obstat, quòd parentes sint impares genere, & diuitijs . Nec etiam obstat si matrimonium sit contractum ab infirmo in articulo mortis, vel in ætate decrepita, cum concubina. Ita *Ioan. Andr. in Reg. sine culpa, de reg. iur. in 6. Panorm. in c. 2. nu. 2. de frigid.* Præterea si à principio matrimonium fuit nullum, vel ex defectu consensus, vel ex defectu formæ præscriptæ à *Trid. sess. 24. capit. 1. de reform.* & interim generetur filius : si postea conualident matrimonium, vel ex pleno consensu adhibito, vel ex integræ formæ præscriptæ obseruatione ; filius ille legitimus fit . Idem dicendum est si furiosus contraxit matrimonium, & genuit filium : & postea cessante furore perseverat in consensu. Ita *Sayr. lib. 6. cap. 10. nu. 2. & Maiol. 1. de irregul. c. 4. nu. 19.*

Secus dicendum est de eo, qui ex coitu incestuoso, puta ex affinitate, vel consanguinitate scienter genitus est, & postea *Papa* dispensat, & per illam dispensationem, parentes matrimonium contrahunt ; Nam tunc filius non fit legitimus per subsequens

Sayr.

*Ioannes
Andr.
Panorm.*

*Concil.
Trid.*

*Sayr.
Maiol.*

ma-

matrimonium; quia tempore generationis parentes non erant apti ad legitimum matrimonium contrahendum. Est communis sententia Doctorum apud Sayer. *loc. cit.* sed num. 27.

Sed duo adhuc inquiri possunt. Primum an sufficiat matrimonium ratum ad legitimandam prolem. Secundum, quodnam tempus generationis considerari debeat, ut filius fiat legitimus per subsequens matrimonium, tempus ne conceptionis, an tempus natiuitatis.

Ad primum.

Respondetur, sufficere matrimonium ratum ad legitimandam prolem. Quia matrimonium ratum est verè matrimonium; & Canones absolutè dicunt filium fieri legitimum per subsequens matrimonium. Ita Sayer. *loc. cit.* sed n. 28.

Ad secundum.

Respondetur, ex communi sententia Doctorum apud Sayer. *loc. cit.* sed nu. 29. satis esse tempus conceptionis, vel natiuitatis, hoc est, quòd vel tempore conceptionis, vel natiuitatis proles parentes sint habiles ad contrahendum inter se matrimonium.

Præterea inquiri possunt duo alia. Primum, an si filius natus sit ex fornicatione, & ante matrimonium subsequens promouetur ad ordines, fiat legitimus si postea pa-

ren-

rentes contrahant matrimonium. Secundum, an filij nati ex matrimonio nullo ob aliquod impedimentum dirimens, censeantur legitimi.

Ad primum.

Respondetur. Per subsequens matrimonium tolli irregularitatem, eo quòd tempore conceptionis erant habiles ad matrimonium contrahendum, & proinde non indiget dispensatione, nec ad ordines suscipiendos, nec ad susceptos exercendos, eo ipso, quòd matrimonium subsequutum sit.

Verùm mortaliter peccavit, qui ante legitimationem suscepit ordines sine dispensatione. Ita *Sayr. loc. cit. sed nu. 30.* Et hoc est verum etiam si pluries celebrauerit; nam illegitimus, promotus ad ordinem, si celebret, non incurrit nouam irregularitatem; quia hoc non est expressum iure; nec incurrit suspensionem. Ita *Maiol. cit. à Sayr. lib. 6. c. 10. nu. 38.* qui *Sayrus* est eiusdem sententiæ. Verùm peccat mortaliter quoties celebrat, vel ordines exercet.

Sayr.

Sayr.

Ad secundum.

Respondetur, esse legitimos non solum quando vterque coniux ignorat impedimentum, sed etiam quando vnus scit impedimentum, alter verò ignorat, dummodo contractum sit matrimonium in facie Ecclesiæ; Quia concurrat bona fides, quam
sup-

suppono [saltem ex parte vnius coniugis],
 Quod si ambo coniuges sciebant impedi-
 mentum, & si contraxerint in facie Eccle-
 siæ, nemine contradicente, proles erit ille-
 gitima, vt ait *Sayr. loc. cit. n. 31.* & est commu-
 nis sententia Doctorum. Itaque duo de-
 bent concurrere, ad hoc, vt filij orti ex ma-
 trimonio nullo censeantur illegitimi. Pri-
 mum est bona fides saltem vnius coniugis:
 & alterum est, vt matrimonium contractum
 sit in facie Ecclesiæ.

Ex quo

Infertur primò, quòd si quis, vel quæ
 post habitam notitiam coniugis de mortui,
 secundas nuptias, permittit Iudicis, adeat,
 proles ex secundis nuptijs suscepta, etiam
 viuente priore coniuge, erit legitima, & pro-
 moueri potest sine vlla dispensatione. Sic
 affirmant *Maiol. lib. 1. c. 3. num. 8.* & *Zabar. cit. a*
Sayr. lib. 6. cap. 10. n. 32.

Infertur secundo. Si contingat casus,
 quòd quis rem habeat cum còcubina, cum
 qua habuit filios, & deinde contrahat con-
 iugium cum alia, mortua vxore, possunt
 fieri legitimi filij orti ex copula fornicaria,
 per subsequens matrimonium, non obsta-
 tibus nuptijs intermedijs, modo tempore
 natiuitatis, vel conceptionis inter eos po-
 tuerit contrahi matrimonium. Ita affirmat
 communis sententia Doctorum apud *Sayrus*
lib. 6. c. 10. n. 29.

Re-

Maiol.
Sayr.

Sayr.

Respondetur tertio, qui laborat morbo, vel graui infirmitate, impediēte exercitium ordinis, est etiam irregularis.

Petes primo. Qui sunt huiusmodi morbi, ac infirmitates, quæ readdunt hominem irregularem.

Respondetur, ex *D. Thom. in 4. dist. 9. ar. 4. q. 3 ad 3. & 3. p. q. 39. ar. 6. & Sayr. lib. 6. c. 9. num. 2.* morbus, aut infirmitas, quæ producit horrorem, deformitatem, ac scandalum, impedit promotionem, & executionem ordinis suscepti. Item si morbus inducit ineptitudinē, vel impossibilitatem ad vsum ordinum, tunc eo morbo laborans, naturali iure ad ordines est impeditus, quantumuis in iure nihil expressum sit. Si verò infirmitas nō inducit notabilem deformitatem, horrorem, aut scandalum: tunc promoueri potest quis ad ordines: & si ordinibus est insignitus, potest eos exercere absque nota irregularitatis. Quæ res arbitrio Episcopi tantum relinquitur, vt iudicet quando deformitas talis sit, vt promotionem, vel susceptorum ordinum executionem impediāt. Leprosus nullo modo ad ordines affitmi debet, nec quidem, vt inter leprosos celebrare possit: si autem promotus sit, non debet coram sanis celebrare; quamuis, si nō sit nimia deformitas, possit in occulto pri-

*S. Thom.
Sayr.*

uatim celebrare. Coram leprosis autem, qui habere debet propriam Ecclesiam, & presbyterium, potest publicè celebrare, & ministrare eis sacramenta; nisi fortè tam grandis lepra foret, vt vel manus, vel labia corrosa essent, aut alia membra impedita haberet, per quæ celebrare decenter non posset, ita vt vltra horrorem, & deformitatem, periculum sit maximum effusionis sanguinis. Est communis sententia Doctorũ apud Sayr. lib. 6. c. 9. nu. 4. & 7. Addit præterea idem Sayr. loc. cit. quòd si habenti beneficium parochiale, & promotò ad sacerdotium, talis morbus lepræ contingat, non est priuandus beneficio suo, sed interdicienda illi erit omnis administratio, si hæc duo concurrant, scandalum populi, & plebis abominatio; & dari debet ei coadiutor, assignata ei congrua sustentatione, vt patet ex c. de Rectoribus, de Cleric. agrot. Aut, si opportunius videatur, remoueri potest à beneficio, & alius eius loco instituendus est, reseruata congrua sustentatione leproso ad victum, & vestitum. Si autem beneficium ita tenue sit, vt vtrique non sufficiat, tunc Panorm. in c. de Rectoribus, nu. 6. de Cleric. agrot. ait, [quòd Prælati infirmus ex æquitate præferendus est: & ad prouidendum coadiutori compelli debent Parochiani.]

Cessante autem lepra, & ordines suscipe]

Sayr.
Idem
Sayr.

e. de Recti.

Panorm.

Ordinis. **81**

re, & susceptos exercere potest, Ex dictis verò colligitur, quòd quando morbus, vel infirmitas non producit notabilem deformitatem, horrorem, aut scandalum, vel periculum in exercitio ordinis, non inducit irregularitatem.

Quantum ad morbos peculiare videri potest *Sayr. loc. cit.*

Sayr.

Petes secundò. An defectus faciei gignat irregularitatem.

Respondetur, si talis sit defectus, qui nimium turpem, & deformem reddat irregularitatem efficit. Ita *Sylu. verb. homicidium, 3. q. 3. vers. 3. Henriq. lib. 14. cap. 8. num. 2. & alij.* Idem dicitur si luscus sit nimis, nempe esse irregularem, ait idem *Henriq. loc. cit.*

*Sylu.
Henriq.*

*Idem
Henriq.*

Color autem fuscus, aut niger in vultu: & color eorum, qui morbo regio laborant: qui morbus croceo colore totum corpus, & præcipuè faciem suffundit, non facit irregularem. Ita *Maiol. & Vinald. citati à Sayro lib. 6. c. 8. nu. 20.*

*Maiol.
Vinald.
Sayr.*

Petes tertio. An defectus dentiù faciat irregularem.

Respondetur negatiuè: Quia dentes in iure non sunt membra corporis, vt docent Doctores apud *Sayr. lib. 6. cap. 8. n. 16.*

Sayr.

ac proinde euellentem pugno dentem alterius, non fieri irregularem.

Petes quarto. An defectus aurium gignat irregularitatem.

Respondetur, surdus, qui nullo modo audire potest, iure Canonico irregularis est: ideò nec promouendus est: & promotus deijci debet, Surdaster verò, qui difficulter audit, non est irregularis, dùmmodo vtramque aurem habeat, vt docet communis sententia Doctorum apud *Sayr.* loc. cit. sed *nu.* 17. Qui verò vtraque aure priuatus est, vel vna tantum, aut parte notabili auriculæ, irregularis est, quia est membro corporis diminutus. Hoc intelligitur quando eam amiserit dando operam rei illicitæ in duello, aut spontè sibi eam præciderit, aut in poenam culpæ illa priuatus sit. Secus est dicendum est si quis per vim priuatus sit auribus, vel vna auricula ab hostibus, nam tunc excusatur ab irregularitate, vt docet *Henriq. Maiolus, & Vinald.* cit. à *Sayr.* loc. cit. sed *nu.* 17.

Sayr.

*Henriq.
Maiol.
Vinald.
Sayr.*

P. tes quinto. An carentia alicuius membri occulti, si propria culpa contingat, inducat irregularitatem, quamuis ea membri priuatio non impediat usum primum, neq; notabilem afferat deformitatē.

Re-

Respondetur affirmatiuè, nempè inducere irregularitatem, vt patet ex *c. moritum, dist. 33*. Secus dicendum est quando ea membri carentia contingit absque propria culpa, nec impedit executionem ordinis, neque notabilem deformitatē habet adiuntam, vt patet ex *c. qui partem, distin. 53* ita *Nau. Suar. Sayr. cit. à Bon. disp. 7. q. 2. p. 2. nu. 29. tom. 1.*

Hinc

Primò, sequitur eum, qui sibi virilia amputauit, vel permisit amputari absque iusta causa irregularem esse, & consequenter nō posse ordines suscipere, vel susceptus exercere, vt patet ex *c. si quis, absciderit disp. 55*. Secus dicendum est de eo, qui sibi virilia, aut testes amputari permisit ex iusta causa: hic enim non est irregularis, nec tenetur testes abscissos, vel eorum cineres secum deferre, vt falsò putat vulgus, ita *Couarr. in Clem. unica part. nu. 5. Vgolm. c. 49. nu. 5. & alij.*

Secundò sequitur, eum qui per infirmitatem amisit digitos pedum, aut virilia, aut ea curauit sibi ob sanitatem abscindi non esse irregularem, sicut neque est irregularis qui digitum manus non necessarium ad Eucharistiam eleuandam, vel frangendam, vel ad faciendum signum Crucis in infirmitate amisit, aut passus est ab inimicis per vim abscindi facta debita resistentia modo

*Nau.
Suar.
Sayr.
Bonac.*

*Couarr.
Vgolm.*

ex ea mutilatione non inducatur notabilis deformitas.

Tertiò sequitur, illum esse irregularem, cui abscissa sunt virilia in poenam delicti, vt si Clerico amputètur virilia à marito adulteræ cum qua turpiter iuuentus est; vel si amputentur à Iudice: nam eiusmodi amputatio propria culpa videtur contingere, ita *Vgolín. c. 51. nu. 4. Molín. Nu. & cæteri citati à Bon. disp. 7. q. 2. p. 2. nu. 33. tom. 1.*

Vgolín.
Molín.
Nam.
Bon.

Quartò sequitur, illum esse irregularem, qui sibi virilia, vel testes amputauit, aut permisit amputari causa cantus, vel etiam causa castitatis: quia est etiam illicitum hoc facere propter hunc finem, vt patet ex *c. si quis absciderit, c. si qui se, dist. 55.*

Quintò sequitur, illum, qui spontè sibi membrum, vel membri partem v. g. digitum, aut partem digiti ex indignatione, vel in patientia abscidit, esse irregularem, etiam si ex eiusmodi abscissione non oriatur notabilis deformitas, vel impedimentum ad celebrandum, vt patet ex *c. qui partem 6. dist. 55.* vbi inducta est eiusmodi irregularitas potius ex iniusta seuitia in seipso, seù potius ex delicto, quam ex defectu. Verum ad hanc irregularitatem incurrendam requirunt multi Doctores notorietatem abscissionis, vt scilicet notorium sit sibi abscindisse partem membri, vel digiti ex indignatione, ita

Vgolin.c.51.nu.1. Nau.c.27.num.196. Reginald.
nu.47. Bartol. ab Angelo dialog. 5. §. 158. Maiolus
lib.1.c.24. & alij apud ipsum, sed Suarez de cē-
suris disp. 51. sect. 2. & alij apud Garziam de be-
nes. 3. p.c. 12. nu. 50. volunt non esse opus hac
notorietate, vt incurratur eiusmodi irregu-
laritas.

Vgolin.
Nau.
Reginald.
Bartol.
ab Ang.
Maiol.
Garzia.

Sexto sequitur, illum non esse irregula-
rem, qui seipsum ex indignatione vulnera-
uit, vel dentem sibi extraxit: quia vulnus
nullum inducit corporis defectum, & dens
non est membrum, aut membri pars, ita
Sayr. lib. 6. c. 7. nu. 12. & alij graues Doctores.

Sayr.

Petes sexto. *An qui caret visu vnius oculi habet
tamen alium oculum integrum, & sanum, irregu-
laris sit.*

R Espondetur, ex Nau. c. 27. nu. 99. Henriq.
lib. 14 c. 8. nu. 2. & alijs non esse irregu-
larem, modo oculi sinistri sit com-
positus: quia hic est necessarius ad canonem.

Nau.
Henriq.

Petes septimo. *An pertineat ad Summum Pontifi-
cem dispensare in irregularitate proueniente ex
defectu, vel ex deformitate, vel ex infirmitate.*

R Espondetur affirmatiue, vt communi-
ter affirmant Doctores, nisi fortè cō-
iuncta sint eiusmodi deformitates cū

impedimento iuris naturalis; nam tunc neque Papa potest dispensare.

Ad Episcopum verò pertinet iudicare, utrum defectus, vel deformitas inducat irregularitatem, ut patet ex cap. 2. de corpore vitiat.

Petes octauo. An Dæmoniacus, & Energamenus sit irregularis :

Respondetur, ex communi sententia *Suar.* Doctores apud *Suar. lib. 6. c. 9. num. 14.* qui semel hoc genus vexationis passus est, id est ex dæmonis agitatione in terram illiditur irregularis omnino est, & perpetuo à summatione ordinum, & executione susceptorum excludit, ut patet ex c. *maritum, & c. Clerici, dist. 33.* Qui verò post promotionem Energamenus factus est, si perfecte liberatus sit, poterit Episcopus dispensare, ut ministret in susceptis, ut ait *Sayr. lib. 6. c. 9. nu. 14.* Qui autem non est Energamenus, sed se esse simulat promoueri non potest perinde, ac si dæmoniacus esset, ut colligitur ex *Synodo Generali Constantinopolitano can. 60.* & est communis sententia Doctores. Quantum verò temporis debeat intercedere ad cognoscendum, an sit liberatus quis à vexatione Dæmonis, hoc relinquatur arbitrio Episcopi, qui pensatis condition-

tionibus morbi, & personæ, ac dignitatis, iudicabit an possit licitè exercere ordines; verum Episcopus in hoc negotio debet sequi iudicium medicorum, nec opus est, vt expectetur annus, vt affirmat communis sententia Doctores apud *Sayr. loc. cit. sed num. 12.*

Sed aduertendum est, quod ante promotionem non potest Episcopus dispensare, vt Energamentis, seu dæmoniacus suscipiat ordines, sed solus Papa dispensare potest, quamuis ille liberatus sit à tali vexatione.

Respondetur quàrtò, Neophitos esse irregulares, vt patet ex communi sententia Doctorum, nè in superbiam elati incidant in laqueum Diaboli, vt habetur ex 1. ad *Timoth. 3.* nimirum nè putant Neophiti, quod Religio, aut fides Christiana illis indigeat. Et quamuis *D. Paulus* solum de Episcopo loquatur, tamen in *Concil. Nicæno c. 2.* æque fit sermo, ac prohibitio de Episcopatu, & Presbyterio, & extenditur etiam ad totum ordinem Clericalem, vt patet ex *Suar. disp. 43. de censuris secti. 3. n. 5.*

Sed petes primo, quis dicatur Neophitus.

Respondeo, eum dici Neophitum, qui ex lege Iudaica, Maumethica, vel E-

thica, nuper conuersus est ad fidem Christianam. Qui verò ab infantia baptismum suscepit, non dicitur Neophitus, quamuis descendat ab auo, vel patre Neophito, Iudæo, vel Saraceno. Sic nec dicitur ille Neophitus, qui ab hinc decem annis, vel eo amplius baptismi sacramento est insignitus, vt ait *Navarr. cap. 27. num. 205.* ait tamen *Suarez disp. 43. sect. 3. nu. 63.* in hoc negotio nullam posse certam temporis regulam assignari, sed prudens iudicium necessarium esse: quia nec tempus diuturnum sufficit, si alia necessaria non concurrant, & tot signa fidei, charitatis, doctrinæ, prudentiæ, & aliarum virtutum concurrere possunt, vt intra breue tempus possit aliquis ordinari. Existimat idem *Suarez loc. cit.* hoc prudens iudicium, quoad inferiores Clericos ad Episcopatum pertinere: nã quoad Episcopos proprium est Summi Pontificis, à quo debent confirmari, hoc iudicare, nempe quod hi sint idonei ad recipiendum Episcopatum. Verum si contingeret propter necessitatem alicuius Ecclesiæ, & penuriam ministrorum expedire aliquem Neophitum, & per se, ac absolutè nondum satis habilem ordinem, ait *Suarez*, non posse hunc arbitrio Episcopi ad ordines admitti, nec etiam ad ordines minores, sed necessariam esse dispensationem Summi Pontificis: quia illa non est de-

cla-

Navarr.
Suar.

Suarez.

Suar.

claratio finitæ irregularitatis; sed dispensatio in illa: quam dispensationem nullus præter Papam concedere potest .

Respondetur secundò, ex infamia oriri irregularitatem; siue sit infamia iuris; siue facti :

Sed petes primo. Quid sit infamia iuris:

Respondetur, infamiam iuris contingere, quando committitur delictum, cui imposita est pœna infamiæ à iure Canonico, vel Ciuili, vt est apostasia à fide, raptus mulierum; periurium in iudicio, simonia, sodomia, hæresis, eiusque fauor, crimen Læsæ Maiestatis, persecutio hostilis, crimen, quo vsuræ vsurarum exiguntur, duellum; pugna publica cum feris; matrimonium actuale cum duabus, lenocinium, prostitutio propriæ personæ, vel neptis, matrimonium cum meretrice, vel repudiata, vt patet ex *c. si quis viduam, dist. 34. & c. infames, 17. q. 1.* Verum tamen est, ad incurrendam eiusmodi infamiã iuris requiri, vt factum sit notorium maiori parti vicinie, vel Collegij, vel loci, in quo quis degit, vt colligitur ex *Suar. disp. 48. sect. 1. num. 20. Nauar. c. 27. nu. 148.* & est communis sententia DD. Aduertit tamen *Henriquez lib. 13. c. 36.* propter vllum crimen occultum, præter hõ-

*Suar.
Nauar.
Henriq.*

mi-

micidium, quolibet fieri irregularem: quia nullum delictum occultum inducit infamiam iuris, vel facti, hoc etiam probatur ex c. *fin. eodem titulo*, ubi dicitur; quod propter grauissima crimina, vt adulterium, periurium, &c. excepto homicidio, non debet quis post penitentiam ab usu, vel susceptione ordinum impediri, nisi in iudicio comprobata, vel alias notoria fuerit, ita *Henriq. idem lib. 14. c. 5. n. 1. lib. F. Auila de censur. par. 7. disp. 4. dub. 7. conclus. 7.* & alij teste *Barbosa, in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 31. c. 4. nn. 5.* & alij DD. citati à doctissimo *Diana tom. 1. tract. 3. Miscell. resol. 69.*

*Enriq.
Auila,
Barbosa.*

Diana.

Petes secundo. Quid sit infamia facti.

Respondetur, infamiam facti dici illam, quæ oritur ex delicto, quod infame censetur apud graues, & honestos viros: quod delictum debet esse publicum, seu notum maiori parti vicinæ, vt communiter affirmant Doctores. Sed

Aduertendum est, quod infamia facti facit hominem irregularem ad recipiendos ordines quamdiu delinquens non fuerit emendatus: nam per emendationem auferitur infamia facti, & irregularitas ex ea con-surgens: quia res per quas causas nascitur, per easdem dissoluitur. Ita *Navarr. cap. 27.*

Navarr.

nn.

nu. 204. & Suarez de censuris disp. 48. sect. 2. n. 8. Suarez.

Dixi ad recipiendos ordines: quia infamia ipsa præcisè non impedit exercitium ordinum susceptorum, nisi sit homicidium, mutilatio, &c.

Prædictis addendum est, non solum per infamiam iuris induci irregularitatem, verum etiam per ignominiosam professionem alicuius artis, quæ reddit hominem vilem, & indignum, qualis est ars histrionis, gladiatoris, cytharedi, macellarij, tabernarij, aleatoris, &c. vt patet ex communi sententia Doctorum apud Bonacin. disp. 7. q. 39. 10. 1. Bonacin. fol. mihi 160.

Additur denique filium Proditoris Principis esse infamem, & consequenter irregularem, vt patet ex l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. & etiam esse irregularem filium eius, qui violentas in Cardinalem manus iniecit.

Petes tertio. A quo auferri possit infamia iuris Canonici, & Ciuilis.

Respondetur, à Summo Pontifice potest auferri infamia iuris Canonici: & infamia iuris Ciuilis à Principe, qui eam tulit, vt patet ex Bonac. loc. cit. sed nu. 6. Bonac. Neque dicas, laicum posse dispensare in irregularitate, & impedimento Canonico, cum possit infamiam iuris Ciuilis auferre: quia

Suar.

quia non dispensat directè, sed tantum indirectè, quatenus aufert infamiam, qua sublata, tollitur irregularitas, quod nullum, absurdum est, vt benè notat Suarez disp. 48. sect. 2. nu. 9. tract. de censuris.

Petes quarto. *An infamis in vno loco remaneat infamis in omni loco, ita vt recipere non possit ordines in vlllo loco antequam deleta fuerit infamia.*

Vgol.
Bonacin.

Respondetur affirmatiuè, vt ait Vgol. c. 60. & Bon. loc. alioqui frustraretur finis legum.

Q V A E S T I O VI.

De potentibus conferre ordines.

Petes primò. *An solus Episcopus possit conferre ordines.*

Concil. 3
Trid.
Sylu.
Henriq.

Respondetur primò, ministrum ordinarium ordinis esse Episcopum, vt patet ex Tridentino sess. 23. can. 7. & est communis sententia DD. Catholicorum, vt patet ex Sylu. verbo ordo 3. & Henriq. lib. 10. capit. 23.

Respondetur secundò, ex commissione Papæ posse simplicem sacerdotem omnes minores ordines conferre est communis DD.

DD. sententia teste *Fornario de ordine cap. 5.* & *Fornar.*
 etiam subdiaconatum posse simplicem sacerdotem conferre ex commissione Papæ,
 vt patet ex communi DD. sententia teste

Henriq. lib. 10. c. 23. vbi ait corepiscopum contulisse subdiaconatum, & constat non *Henriq.*
 fuisse Episcopum, sed gerebat vicem Episcopi, vt nunc est Vicarius Generalis, ait

præterea *Henriq. loc. cit.* quod olim subdiaconatus non numerabatur inter ordines *Henriq.*
 sacros. notat *Layman c. 9. de ordine*, quod Cardinalibus Presbyteris concessa est facultas

conferendi primam tonsuram, & ordines *Layman.*
 minores, & est communis DD. sententia.

Respondetur tertio, ordinem Presbyteratus, & Diaconatus non posse conferri à simplici Sacerdote ex Papæ commissione quia minister ordinis est determinatus iure diuino est communis DD. sententia, teste

Fornario c. 5. de ordine. Nec obstat quod aliquando corepiscopi conferabant ordines; *Fornar.*

nam illi erant Episcopi, & Coadiutores ordinariorum, alij verò corepiscopi, qui solum erant Sacerdotes simplices non conferabant ordines, vt rectè aduertunt DD. teste eodem *Fornario c. 5. de ordine.*

Fornar.

Respondetur quarto, Abbatibus iure communi conceditur facultas conferendi primam tonsuram, & ordines minores quoad suos subditos; est communis DD. sententia.

Layman.
Congreg.
Concil.

tentia, teste Layman loc. cit. num. 3. vnde cen-
suit Congregatio Concilij sess. 23. cap. 10. de reform.
nō posse dictos Abbates etiam benedictos,
vel habentes facultatem faciendi omnia,
quæ facere possunt Abbates benedicti, cō-
ferre primam tonsuram, & quatuor ordines
minores sæcularibus, etiam si habeant litte-
ras dimissorias suorum ordinariorum, &
contra facere nempe Abbates conferre
primam tonsuram, & quatuor ordines mi-
nores sæcularibus, licet malè faciant, tamen
tenet ordinatio, vt Congregatio Concilij sess. 23.
c. 10. Respondit multi asserunt Abbates Re-
gulares habentes ius deferendi baculum, &
mitram, postquam sacerdotalem ordinem,
& munus benedictionis susceperint, pos-
sunt tonsuram, & ordines minores sæcula-
ribus Episcopi iurisdictioni subditis con-
ferre, si modo ipsius Episcopi consensus ac-
cedat, & à dicto Episcopo pro se quisq; lit-
teras dimissorias impetrauerit, prout fer-
tur declarasse eandem Congreg. Concilij. sed
ego non vidi declarationem authenticam.

Congreg.
Concil.

Dicunt etiam posse dictos Abbates or-
dines conferre alijs regularibus, qui dimis-
sorias speciales suorum superiorum, nec nō
specialem consensum Episcopi loci habue-
rint in quo ordines huiusmodi suscipere
cupiunt; tonsuratus verò ab Abbate non
benedicto, vel non habente hanc potesta-
tem

sem ex privilegio sedis Apostolicæ debet iterum tōnsurari, ita fertur declarasse Congregationem Concilij sess. 23. c. 10. Sed

Concil.
Triden.

Petes primò . An Episcopus hæreticus, nominatim Excommunicatus, & degradatus validè ordines conferat.

R Espondetur, ex *D. Thom. D. Bonauent. &* alijs cit. à *Layman de ordine cap. 9.* validè ordines conferre; verum taliter ordinatus nimirum ab hæretico Episcopo, vel nominatim excommunicato, vel degradato, in ordine suo ministrare non permittitur.

*D. Thom.
Layman.*

Petes secundò . A quo Episcopo quis debet ordinari, à loco nimirum originis, vel domicilij, vel beneficij.

R Espondetur, ex communi DD. sententia teste *Layman de ordine c. 9. nu. 10.* triplicem Episcopum licitè posse ordines cōferre primus est Episcopus originis, idest cuius diœcesis oriundus est: nō tamen sufficit ad originis domicilium acquirendum matrem in itinere, aut alicubi negotij causa ad breue tempus morantem, peperisse, si alibi domicilium habuerit, sicut colligitur ex *l. Cives, C. de incolis lib. 10.* & docet *Abb. in cap. Bertoldus de rescriptis.* alter est Episcopus

Layman.

Abb.

do

domicilij, idest in cuius diœcesi aliquis domicilium fixit animo perpetuo manendi: quo quidem domicilio constituto habitationis, nõ propterea amittitur domicilium originis cum id immutabile sit, ut patet ex *l. i. l. municeps, & l. ult. ff. ad municipalem*. Porro sicut non sufficit ad acquirendum domicilium longò, & continuò tempore habitare, si animus reuertendi in Patriam interim duravit, ita etiam non requiritur, ut quis diù inhabitet: sed satis est si animum constanter inhabitandi habeat, sicut constat ex *l. ciues*.

Tertius denique Episcopus est beneficij, idest in cuius diœcesi aliquis beneficium ecclesiasticum possidet dummodò requirat residentiam, ut communiter affirmant DD. teste *Fornario de ordine c. 5 de ordine*; verum ipse citat alios DD. tenentes sufficere ad capiendos ordines ratione beneficij, quodlibet beneficium simplex, & non requirens actualem residentiam, ita etiam tenet quaranta verbo ordo, & *Bon. de ordine disp. 8. q. vnica nu. 14. & Barbosa de potestate Episcopi allegat. 4. nu. 47.* quod potest procedere quando beneficium simplex est sufficiens ad victum. Vnde si quisquis haberet diuersa beneficia in varijs diœcesibus ab vnoquoque Episcopo promoueri potest, ita communiter affirmat DD. cit. a *Barbosa l. cit. nu. 51.*

No-

Notant verò DD. teste *Barbosa* de potest. Episcopi lo. cit. sed n. 57. quod si beneficium obtentum fuerit in fraudem nō iuuat quoad susceptionem ordinum.

Petes tertio. An beneficium tenuæ sit satis ad hoc, ut aliquis non subditus efficiatur subditus, quoad ad susceptionem ordinis? si residere tenetur.

Respondetur affirmatiuè, nempè sufficere ad susceptionem ordinis, ita *Fornar. c. 5. de ordine. & Henriq. lib. 10. c. 22. nu. 1.*

*Fornar.
Henriq.*

Petes quarto. An Episcopus possit ordinare suam familiarem, etiamsi non sit ei subditus, neque ratione originis, neque domicilij, neque beneficij, absque dimissoria sui ordinarij.

Respondetur affirmatiuè, ex *Suar. to. 5. 3. par. disp. 31. sect. 1. nu. 16.* Si duo concurrant. Primum, ut per triennium secum commoratus fuerat, alterum est, ut statim ei beneficium vacans conferat iuxta *Trid. sess. 23. c. 9. de reform. & est communis DD. sententia* teste *Henriq. lib. 10. c. 22. nu. 2.* & id habere locum nedum in prima tonsura, sed etiam in minoribus, & in sacris ordinibus, ut ait idem *Henriq. loc. cit. & Fornar. de ordine c. 5.* Verum addit idem *Fornarius loc. cit. posse talem ordinari, etiam ad titulum pensionis,*

Suar.

*Concll.
Trid.
Henriq.*

*Idem
Henriq.
Fornar.
Idem
Fornar.*

Concil.
Trid.

nis, vel ad titulum patrimonij sufficientis : dummodo id fiat pro Ecclesiæ necessitate, vel commoditate, vt patet ex *Triden. sess. 21. c. 2. de reformat.* & adscribatur seruitio Ecclesiæ determinatæ. sed vnum aduerte quod Episcopus titularis non potest huiusmodi familiari conferre ordines, sed tantum hoc potest facere Episcopus ordinarius, ita *Suar. loc. cit.*

Suar.

Petes quinto: An peccet Episcopus conferendo ordines non sibi subdito sub spe ratihabitionis proprii Episcopi.

Suar.

Respondetur, ex communi DD. sententia teste *Suar. loc. cit. sed n. 16.* negatiuè, nempe non peccare, quia illa ratihabitione censetur habere vim legitimæ facultatis quod sumi potest ex *cap. vltim. 9. q. 2.* vbi allegatur factum Epiphaniij, qui hoc modo ordinauit in diœcesi S. Ioannis Chrysofomi absq; expressa eius facultate: quod Sanctus vir facturus non fuisset, nisi spem ratihabitionis, seu consensum Chrysofomi haberet, & illam sufficere existimaret.

Suar.

Aduertit verò *Suar. loc. cit.* eiusmodi ratihabitionem non esse facile admittendam: sed vbi tam persona ordinantis, quam ordinati cognita est, & extra omnem suspicionem, ob vitæ integritatem, sapientiam, ac
pru-

prudentiam, quæ maximè expectari debent ex parte ipsius ordinantis; Quod si postea proprius Episcopus nolit ratam habere, poterit forte suspensionem ferre: suspensio autem illa, quæ ipso iure incurritur, non fuit contracta, quia hæc non pendet à futuro euentu; immo etiam ipsa suspensio ab homine lata, quamuis in foro exteriori timenda sit, tamen in conscientia non poterit esse valida in ratione pœnæ, & censuræ, si constat bona fide processum esse, ita ut fuerit sufficiens ad excusandum à culpa, quamuis in ratione præhibitionis, seu denegationis facultatis ad utendum ordine suscepto, valida esse possit, quia hæc tunc pendet ex ipsius Episcopi voluntate, quam tamen aliqua iusta ratione fundatam esse necesse est.

Petes sexto. An ordinati subdiaconi, vel diaconi à Papa, possint ab alio promoueri ad superiores ordines,

Respondetur negatiuè, ex *Sylu. verbo or-* *Sylu.*
do, & alijs cit. à Fornario c. 4. de ordine n. 5. Fornar.
 nempe non posse quemlibet Episcopum, præter Papam conferre ordines superiores, absque licentia Summi Pontificis.

Petes septimo. An character vnius ordinis necessariò supponat characterem alterius ordinis.

G 2

Re-

Sanchez!

Respondetur, ex sententia omnium DD. teste Sanchez in opusculo lib. 7. cap. 1. dub. 14. n. 2. characterem vnius ordinis, non necessariò necessitate sacramenti præsupponere characterem alterius, peccare tamè mortaliter, qui per saltum promouetur, recipièdo scilicet prius ordinem superiorem, quam inferiorem.

Sotus.

Hinc fit, quod Sacerdos, licet alios ordines nò susceperit, potest omnium ordinum functiones exerceri validè, quia in eo continentur in virtute sic Sotus in 4. dist. 24. q. 1. artic. 4.

Petes octauò. *An Capitulum, Sede Vacante, possit concedere dimissorias ad suscipiendos ordines.*

Concil.
Triden.

Respondetur, ex Trid. sess. 7. c. 10. de refor. negatiuè nempe nò posse, Capitulū, Sede vacante, infra annum concedere dimissorias ad ordines suscipiendos, modo aliquis occasione beneficij recepti, siuè recipiendi arctatus non fuerit, vnde concurrente tali causa potest Capitulum concedere literas dimissorias, seu reuerendas, vt aliqui vocant, ad ordines suscipiendos, & si sine causa dicta Capitulum cōcedit eiusmodi literas dimissorias Capitulum subiicit interdicto, & sic ordinati in minoribus ordinibus constituti fuerint, nullo priuilegio præ-

præsertim in criminalibus gaudere, in maioribus sunt ipso iure suspensi ab executione ordinum ad beneplacitum futuri Prælati, vt patet ex eodem *Trid.* loc. cit.

Aduertunt *Henriq. lib. 13 c. 39. nu. 2.* & *Suar. de censuris disp. 31 sect. 1. nu. 20*, quod ordinati in minoribus non suspenduntur, sed priuantur priuilegio clericali, præsertim in criminalibus.

Præterea aduertunt *Nau. consil. 44. de temp. ordin.* & *Tolet. lib. 1. c. 49. nu. 2.* quod transacto anno vacationis, si durat vacatio, potest Capitulum, seu eius Vicarius concedere dimissorias ad ordines, & licentiam Episcopo extraneo, vt possit exercere pontificalia in dicecesi.

*Concil.
Trid.
Henriq.
Suar.*

*Nau.
Tolet.*

Q V A E S T I O V.

De interstitijs, circa ordines suscipiendos.

Petes primo. Quæ intercapedo temporis debet intercedere inter susceptionem vnius ordinis ad superiorem suscipiendum.

Respondetur, ex communi DD. sententia teste *Bonac. de ordine tom. 1. disp. 8. q. vnica nu. 32. fol. mihi 291.* interstitia sacrorum ordinum non esse computanda mathematicè, sed ecclesiasticè hoc est attendendum

Bonac.

esse cursum quatuor inferiorum, non autem tempus duodecim mensium completorum, puta à Quatragesima ad Quatragesimam: à Pentecoste ad Pentecosten, &c. quæ aliquando propter varietatem festorum mobilium occurrunt priusquam duodecim mensis compleatur. Verum, qui suscipit vltimum minorum ordinum debet per annum expectare modo explicato, donec ad sacros ordines promoueat, nisi fortè aliter Episcopo expedire visum fuerit, vt docet *Maiol. c. 24. nu. 13.* & *Nau. Reginald.* & *Menochius cit. à Bon. loc. cit.*

*Maiol.**Nau.**Reginald.**Menoch.**Bonacin.**Bonacin.*

Sed

Primò, notandum est ex communi DD. sententia, teste eodem *Bon. loc. cit.* quod suscipientem ordines non seruatis interstitijs nullam incurrere censuram, vel irregularitatem, quia non est in iure expressa.

Secundò, notandum est de consensu Episcopi posse alicui vna, & eadem die, omnes ordines minores conferri, nō verò primam tonsuram, & minores ordines eodem die, præcisâ legitima consuetudine, aut minores cum aliquo ordine sacro, aut duos ordines sacros absque Summi Pontificis dispensatione, & aliter ordinatus remanet suspensus ab executione ordinum, donec obtineat absolutionem à Sede Apostolica, ita communiter affirmant Doctores, teste *Bon. loc.*

Bonac.

loc.

loc. cit. & præcipuè *Suarez tom. 5. 3. p. disp. 31. sect. 1. nu. 43.* sed de hac materia plura dicam petitione 9.

Suar.

Petes tertio . Ad quem titulum quis possit ordinari.

Respondetur, ex communi DD. sententia teste *Bonacin. tom. 1. disp. 8. q. unica p. v. num. 31.* titulum ordinandorum triplicem esse, primus est beneficij. Secundus, patrimonij, tertius professionis in religione approbata ad quam reuocatur titulus Societatis Iesu post biennium probationis. Sed

Bonac.

Primò, aduertendum est, quod qui sine titulo initiatus subdiaconatu, vel diaconatu, non potest sine nouo titulo promoueri ad sacerdotium, quia iura in omni sacro ordine id prohibent, & ita respondit *Sacra Congregatio* teste *Fornario de ordine c. 8. nu. 10.* Propterea, qui aliter ordinatus fuerit incurrit suspensionem.

Sacra
Congreg.
Fornar.

Secundò, aduertendum est, quod quantitas patrimonij, vel beneficij ad quod quis promoueri possit non taxatur, sed relinquitur arbitrio ordinarij propter diuersitatem locorum, cum in vno sufficiat, quod alibi non erit sufficiens, vt declarauit *Sacra Congregatio* teste *Fornario loc. cit. si quis verò non habet patrimonium, aut beneficium, seorsum sufficiens ad promotionem, posse*

Fornar.

Bonac.

promoueri, si beneficium, & patrimonium simul sufficiant; secus si cum beneficio, & patrimonio in sufficienti coniungantur elemosynæ, & anniuersaria, hæc enim sunt incerta, ita declaratio Cardinalium teste Bonac. de ordine disp. 8. q. unica, p. v. num. 29. & 40. verbo ordo.

Petes quartò. *An sine causa possit quis promoueri ab Episcopo ad sacerdotium ad titulum, cumtaxat patrimonij.*

Concil.
Triden.
Barbos.
Pinsia.

Respondetur negatiuè, nempe non posse Episcopum ordinare aliquem ad titulum patrimonij si non extat causa præscripta à *Trid. sess. 21. c. 2. de reformatione*, nimirum necessitas, vel commoditas Ecclesiæ suæ: idem docet *Barbosa de potest. Epis. allegat. 19. nu. 53.* citans *Nau.* & refert se *Pinsia*, vidisse negatam cuidam facultatem ascendendi ad subdiaconatum, ob defectum tituli beneficialis tametsi habuisset patrimonium trium millium scutorum. Sed

Barbosa.

Primò, aduertunt tamen Doctores teste *Barbosa loc. cit. sed nu. 55. & 60.* quod quando quis est promotus ad titulum patrimonij intercedente iusta causa debet cõstituerre patrimonium super re immobili.

Secundò, quod pater non potest efficere, vt filius ad sacros ordines promouetur,

tur, nisi assignet ei patrimonium, licet sit pater diues, & successio filij ad bona paterna infallibilis, si verò filius velit promoueri parentque nolit ei iustum patrimonium constituere : potest filius genitorem infringere iuris remedijs, vt illud sibi assignet, & communis Doctorum sententia teste eodem *Barbosa* loc. cit. sed num. 63.

Barbosa

Sed dices . An eiusmodi donatio facta à patre ad filium pro suscipiendis ordinibus amputari debeat in legitimam .

R Espondetur, ex *Barbosa* alleg. 19. num. 65. usque ad numerum 69. duas exstare opiniones plenas DD. quos ipse citat. Prima est non amputari dicit, in legitimam donationem factam à patre pro suscipiendis sacris ordinibus ex eo, quia huiusmodi bona non erant liberè assignata, vt de illis posset ad libitum disponere, quod requiritur in legitima, sed quod extaret pro alimentis, itaque secundum primam opinionem plurimorum DD. teste *Barbosa* loc. cit. non amputatur in legitimam donatio simpliciter facta à patre filio pro suscipiendis sacris ordinibus, quia non est alienabilis eiusmodi donatio .

*Barbosa**Barbosa*

Secunda, verò opinio DD. teste eodem *Barbosa* loc. cit. ait [amputari in legitimam

Barbosa

cuius-

eiusmodi donationem factam simpliciter à patre filio pro suscipiendis ordinibus, ex eo scilicet, quod donatum filio non consumitur in adeptione ordinum, & quamvis non sit alienabilis eiusmodi donatio, tamen est transmissibilis ad hæredes saltem post mortem ipsius ordinati.]

Petes quinto. An quis possit ordinari ad titulum pensionis .

*Concil.
Triden.*

Respondetur affirmatiuè; vt patet ex *Trid. sess. 21. c. 2.* modo adsit necessitas, vel commoditas Ecclesiæ Episcopi ordinatis, sicut dictum est de eo, qui ordinatur ad titulum dumtaxat patrimonij, ita etiam *Barbosa* loc. cit. sed nu. 74.

Barbosa .

*Concil.
Triden.
Barbosa .*

Bona hæc ad quorum titulum; quis ordinatus fuit alienari non possunt sine licentia Episcopi, vt habetur in *Trid. sess. 21. c. 2.* vnde ex communi Doctorum sententia teste *Barbosa de potestate Episcopi alleg. 19. num. 76.* alienationem patrimonij, aut extensionem pensionis subsequenter promotionem esse inualidam ipso iure .

Barbosa .

Nec potest hypothecare huiusmodi patrimonium ad quod fuerit promotus; nec potest præscribi dictum patrimonium tempore ordinario, vt docent DD. teste *Barbosa* loc. cit. sed nu. 87.

Pe-

Petes sexto. An valeat alienatio, seu renuntiatio patrimonij, ad cuius titulum quis saceris fuit ordinatus, facta sine licentia Episcopi si tunc habet beneficium, seu aliàs unde commodè viuere possit.

Respondetur, ex *Barbosa* loc. cit. sed n. 89. *Barbosa* duas extare opiniones Doctorū. Prima, ait [non esse opus licentia Episcopi propter alienationem rei immobilis ad quam fuit ordinatus, hoc ipso, quod acquirit beneficium sufficiens ad sustentationem.] Secunda opinio, asserit esse necessariam licentiam Episcopi in alienatione rei ad quam quis fuit ordinatus etiam si adeptus sit beneficium sufficiens ad sustentationem victus, ambæ opiniones sunt plenæ Doctoribus grauibus .

Petes septimo. An qui ficto patrimonio suscipiat sacros ordines remaneat suspensus, & postea celebrando irregularis fiat.

Respondetur, ex *Sanchez*, *Nauarr.* *Bonacin.* *Sanchez*. *Suarez*, *Filiocio*, *Comit. Regin.* & multis *Nauarr.* alijs DD. teste *Diana tom. 1. tractat. 2. miscellan. resol. 2.* affirmatiuè, nempe incurrere *Bonacin.* suspensionem, & celebrando incurrit irregularitatem, immò *Suarez* in 3. p. tom. 5. disp. *Suarez*. *Filiucc.* 31. sect. 1. nu. 35. putat talem clericum incur- *Comit.* *Reginald.* *Suar.* rere

rere duas suspensiones alteram, vt sine sufficienti titulo est ordinatus, alteram quia est ordinatus sine facultate proprii Episcopi, nam Episcopus conferens eiusmodi litteras Reuerendas, seu dimissorias titulo patrimonij, non daret illas si sciret patrimonium esse fictum ergo dictæ literæ sunt subreptitiæ, & per consequens censentur nullæ, & nullius effectus; ratio verò, quare incurrat suspensionem propter patrimonium fictum, est quia *Trid. sess. 21. c. 2. de reform.* videtur innouare Canones antiquos cōtra eos, qui artibus, & fallacijs se fingunt habere idoneas facultates, & *Canon. sunt cap. neminem, & cap. sanctorum, dist. 70.* in quibus definitur esse suspensum, qui ordinum sine beneficio, & patrimonio.

Verum adest alia opinio aliorum DD. grauium, teste eodem *Dian. loc. cit.* vt sunt *Gonzales Hom. Bon. Tolet. Coninch. Auila, Garzias, Sayr. & Henriquez, lib. 13. cap. 37. nu. 2.* asserens eum, qui cum patrimonio ficto est ordinatus non incurrere suspensionem, & consequenter si celebravit non incidit in irregularitatem, nā antiqua suspensio propter fictionem patrimonij est sublata, ait *Henriquez loc. cit. per cap. cum secundum cum Apostolorum de præbend. nec innouatur à Trid.* quod solum intendit innouare pactum simoniacum, & prohibet nè Episcopus per-

mi-

Concil.

Trid.

Canon.

Diana.

Gonzal.

Hom. Bo.

Tolet.

Coninch.

Auila.

Garzias.

Sayr.

Henriq.

Henriq.

mictat quemquem sine titulo ordinari, nec qui ob fictum patrimonium initiatur incurrit aliam suspensionem latam contra eos, qui absque literis dimissorijs proprii Episcopi initiantur, quâuis enim per fraudē licentiam, & Reuerendas obtineat, est tamen vera licentia, ita *Henriq. loc. cit.* vbi addit, quod qui iā est Sacerdos factus, & cum peccato renunciauit iuri patrimonij, & alimentorum, nullo iuri impediri post penitentiam celebrare.

Henriq.

Idem *Diana* respondet loc. cit. ad argum. contrariæ opinionis asserentis incurrere suspensionem, qui cum patrimonio ficto est ordinatus. Vnde

Diana.

Clarè colligitur, ex secunda opinione, si quis cum patrimonio ficto ordinatus est, & celebrauit, non incidit neque in suspensionem, neque in irregularitatem, licet peccauerit mortaliter, quia non violauit censuram, secus si in aliqua dioecesi sit censura, contra eos, qui cum ficto patrimonio ad subdiaconatum promoueatur, vt est Neapoli .

Petes octauo. Quam pœnam incurrit Episcopus ordinans, vel alter præsentās aliquem ad ordinem sine titulo, vel patrimonio.

Respondetur, ex communi DD. sententia teste *Bonac. de ordine disp. 8. tom. 1. q.* *Bonac.*
vni-

unica p̄t. 5. n. 27. fol. mibi 290. Primò ordinantem esse suspensum à collatione ordinum, præsentantem verò esse suspensum ab executione ordinum per triennium quoties pactum interuenit cum ordinato, vt nullam portionem petat, vt patet ex *c. quis de simonia*. Secundò, ordinantem sine titulo teneri dum uiuit, alere ordinatum; ipso verò mortuo, teneri ipsius successorem, donec ordinatus, ecclesiasticum beneficium habuerit, & hoc procedit etiam si Episcopus, nullo præuio pacto ordinauerit, vt patet ex *cap. cum secundum Apostolorum 16. de præb. & dignitatib.* & est communi sententiâ Doctorum sententia.

Quaranta

Idem dicitur, quando aliquis præsentatus fuit ab aliquo patrono, hic enim alii debet primo loco ab ipso patrono. Idem dicitur de Capitulo Sede vacante, docet *Quaranta* verbo *ordo versic. secundo extende*, vbi ait [Capitulum Sede vacante, seu Vicarium Capitularem teneri subministrare alimenta si sine titulo, & cum eius licentia quis ordinatus sit, idcirco cauti debent esse Canonici in commissione Vicario facienda, unde debent apponere clausulam, quod nequeat licentiam ad ordines concedere absque expresso consensu totius Capituli ad id consultò congregati, cum agatur de eorum præiudicio, & interesse, nec enim de-
sunt

sunt DD. teste *Quaranta* verbo *ordo*, loc. cit. *Quaranta*
 qui asserunt Vicarium, seu Officialem Ge-
 neralem Capituli, Sede vacante, non posse
 literas commendatitias ad ordine dare, nisi
 ei specialiter concederetur.

Petes nonò. Quo die prima tonsura conferri potest ;
& quatuor ordines minores.

Respondetur ex communi DD. sentē-
 tia teste *Barbosa* de *potest. Episc. alleg. 11. Barbosa ?*
 nu. 19. in prima tonsura non designa-
 ri tempus idem dicit *Armilla* verbo *ordo*, & *Armilla!*
Tabiena verbo *ordo*, & est communissima sen- *Tabiena.*
 tentia apud omnes Doctōres, verum licet
 non explicent an sit licitum die feriali, &
 post prandium conferri primam tonsuram
 tamen clarè colligitur id esse licitum cum
 solum de ordinibus minoribus dicant DD.
 diebus festis posse conferri, & ante pran-
 dium, quoad primam verò tonsuram om-
 nes dicunt non designari tempus quoad
 eius collationem, vñ patet ex supradictis
 DD. citatos, & præcipuè ex *Sylu.* verbo *ordo*, *Sylu.*
 non negatur tamen ex *Syluestro*, quod si or- *Syluestr.*
 dines minores conferantur post prandium
 quod eius collatio sit valida, & de hoc non
 est dubitandum.

Petes decimò. An simoniacè promotus incurrat aliquam pœnam.

Fornar.

R Espondetur, ex communi DD. sententia, teste *Fornario de ordine c. 8. nu. 1.* incurrare excommunicationem, & suspensionem ab executione ordinum, neque hoc fuit reuocatum à Clem. VIII.

Petes decimoprimum. An peccet recipiens primam tonsuram, aut ordines minores sine animo ulterius ascendendi.

Sanchez.

R Espondetur, ex communi DD. sententia, teste *Sanchez de matr. im. lib. 7. disp. 31. num. 16.* non teneri habere animum, eum qui initiatur prima tonsura, aut ordinibus minoribus ascendendi ulterius putat ad ordines sacros, quia nullo iure talis intentio petitur in initiando, nec *Trid. sess. 23. c. 4.* huius obligationis meminit. immò Episcopus dispensare potest cum illegitimo ad ordines minores, qui tamen ad ordines sacros ascendere nequit propter irregularitatem, ut patet ex *capit. 1. de filiis Presbyt. in 6.* & affirmant DD. cit. à *Sanchez loc. cit.* Quare si haberet animum retrocedendi determinatum, iudicanda esset ea voluntas, sicut, & ipsa retrocessio: & sicut retrocessio nunquam.

*Concil.
Triden.*

Sanchez.

quam est culpa mortalis, sed aliquando venialis, & aliquando nulla, ita etiam ipsa voluntas culpa afficietur, aut illa vacabit.

Sed quid dicendum si ordines minores, aut primam tonsuram accipiens, solum intendat declinare iurisdictionem fori secularis, an peccet mortaliter.

Respondetur, ex Petro Ledesma, Aragon. Manuel, & Bannes cit. à Sanchez loc. cit. sed num. 17. peccare mortaliter, quia decipit Ecclesiam in re graui, & Episcopus illius intentionis conscius non posset eum absque peccato mortali ad ordines admictere, cōtraueniret enim iusto præcepto Tridentini sess. 23. c. 4. vbi sic ait. [Prima tonsura non initientur, qui sacramentū confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta, edocti non fuerint quique legere, & scribere nesciant, & de quibus probabilis coniectura non sit eos non secularis iudicij fugiendi fraude, sed vt Deo fidelem cultum, præstent hoc vitæ genus eligisse.] Sanchez verò loc. cit. citans pro se Nauarr. in capit. quando, dicit non esse culpæ mortalis reum, eum, qui haberet huiusmodi animum nempè ad ordines suscipiendos causa euitandi forum laicale, quia finis non est mortalis, nec peruersio debiti finis culpam mortalem inducit, nec præceptum Tridentini cit. hanc

Pet. Led.
Aragon.
Manuel.
& Sanchez.

Concil.
Triden.

Sanch.
Nauarr.

H

gra-

Sanch.

grauem obligationem imponit. Ergo secundum Sanchez solum est culpa venialis.

Petes decimosecundo. Vtrum irregularitas impediat susceptionem primæ tonsuræ.

Bonac.

Respondetur, ex communi DD. sententia, teste Bonac. disp. 7. q. 1. punt. 1. n. 4. to. 1. irregularitatem impedire susceptionem primæ tonsuræ, quia tamen si prima tonsura non sit ordo secundum Theologos, tamen secundum Canonistas inter ordines numeratur. Verum adest contraria opinio, teste eodem Bonac. loc. cit. asserens irregularitatem non impedire susceptionem primæ tonsuræ quia secundum Theologos prima tonsura non est ordo, sed dispositio ad ordines, quia tonsura nullum habet officium circa seruitium, & ministerium altaris sicuti habent ordines minores, ergo non est propriè, ac strictè prima tonsura ordo, & consequenter irregularitas non impedit susceptionem primæ tonsuræ, vnde mihi videtur istam opinionem esse probabilem, sed contrariam probabiliorem, ac tutiorè.

Bonac.

Petes decimotertiò. An possit Episcopus dispensare cum illegitimo.

Bonac.

Respondetur, ex communi DD. sententia, teste Bonac. disp. 7. q. 2. punt. 30. nu. 15.
Epi.

Episcopum non posse cum eo dispensare ad maiores ordines, ad dignitatem, & ad beneficium curatum: posse verò dispensare ad ordines minores, & ad vnum beneficium simplex non requirens ordinem sacrum.

Q V A E S T I O V .

Qua scientia debet esse præditus Sacerdos ad hoc, ut bene possit exercere suum munus, & quid scire teneatur sub pœna peccati.

Antequam respondeam.

Primò, suppono iuxta probabilem sententiam DD. defectum scientiæ facere hominem irregularem. Neque Summus Pontifex potest dispensare in hoc saltem, ut omnino illiteratus ordinetur, ut rectè ait *Sayr. de censuris lib. 7. c. 13. nu. 9.* cum sit de iure naturæ, nempe, ut quis utatur munere cum scientia necessaria ad debitum usum.

Sayr.

Aduertunt DD. & præfertim *Suar. tom. 5. 3. p. disp. 51. sect. 1. nu. 9.* defectum scientiæ nedum impedire susceptionem ordinum, sed etiam usum susceptorum, quamdiù durat ignorantia: qua ablata potest quis uti ordinibus, absque dispensatione Papæ, neque Episcopi: quia sublata causa cessat effectus, ut communiter affirmant Doctores in hoc casu, & in defectu ætatis proportionatæ ad

Suar.

Henriq.ordines suscipiendos. Verum *Henriquez lib. 10. c. 16. nu. 2.* dicit huiusmodi illiteratum,**Sayr.**non esse irregularem, idem affirmat *Sayr. de***Concil.**sensus *lib. 7. c. 13. nu. 8.* nempe defectum sci-**Triden.**tix requisitæ à *Trid. sess. 23. c. 4.* circa ordines suscipiendos non inducere irregularitatem, quia hanc pœnam non imponit transgressoribus. Tamen addo ego, non ob id sequitur, promoueri posse, vel promotum illiteratum posse exercere ordines illicitè, nisi ediscat necessaria ad tales ordines exercendos.

Secundò, suppono alia esse necessaria, ;
 vt sciantur à Sacerdote sub pœna peccati,
 alia verò esse necessaria ad benè esse, nec
 ego intendo maiorem obligationem impo-
 nere Sacerdotibus, quam impositam à *Tri-
 den. sess. 23. c. 4.* vbi assignat scientiam in sin-
 gulis ordinibus, vt infra videbimus, & mox.

His positis.

Concil.**Triden.**

Respõdetur, ex *Trid. sess. 23. c. 4. & sess. 11. c. 13. & 14.* ad primâ tonsurâ requiri, vt initiã-
 dus prima tpsura sit cõfirmatus, & calleat ru-
 diméta fidei, sciatq; legere, & scribere ad mi-
 nores ordines, vt sciat linguam latinam. Ad
 subdiaconatum, & diaconatum, vt habeat
 instructionem eorum, quæ pertinent ad
 eos ordines exercèdos. Ad Presbyteratum,
 vt habeat eam scientiam qua possit docere
 populum, & administrare sacramenta. Ad

Epi-

Episcopatum, vt sit Doctor, vel licentiatuſ in ſacra Theologia, vel in iure Canonico: vel vt publico teſtimonio conſtet ipſum eſſe aptum ad alios docendos.

Aduertit *Henriquez lib. 10. c. 16. nu. 2.* Episcopum poſſe initiare ſacris, & ſacerdotio Regularem, qui benè legit, & cantat, quamuis minus litteratus ſit: ſic enim in aliorum ſocietate, & pro officijs Religionis videtur idoneus miniſter. Addit præterea hæc verba: [in ijs, qui ſacris inſtantur, præceptum eſt, vt tunc, aut paulo poſt diſcant, & ſciant myſteria Miſſæ, & proprii officij obligationem, ac recitare horas Canonicas.] Sed

Henriq.

Mihi videtur eſſe neceſſarium explicare illa verba *Trid. loc. cit. circa ſcientiam quam debet habere Sacerdos, ſcilicet, vt ſciat docere populum, & adminiſtrare ſacramenta.*

Concil.
Trid.

Quoad primum

Intelligo quod Sacerdos ſcire debet nedum ea, quæ ſunt neceſſaria neceſſitate medijs, vt homo adipiſci poſſit beatitudinem, ſed etiam ea, quæ ſunt neceſſaria neceſſitate præcepti; neceſſaria autem neceſſitate medijs ſunt quatuor articula fidei ſecundum probabilem, ac tutiorè ſententiã Doctorum, nempe quod Deus ſit, & quod ſit trinus, & vnus, quod ſecunda perſona Sanctiſſimæ Trinitatis ſit factus homo, & pro nobis ſit mortuus, & quod Chriſtus ſit Deus,

& homo, & quod Deus sit remunerator rerum supernaturalium.

Concil:
Triden.

Præterea, quod post commissum læthale peccatum sit necessaria pœnitentia, vel attritio simul cum actuali confessione, vt possit redire in gratia, vel contritio absque actuali confessione, sed in voto quod includitur in ipsa perfecta contritione, vt rectè ait *Trid. sess. 14. c. 4.* [Necessaria verò necessitate præcepti sunt omnia articula.] Symboli nimirum, vt explicite sciantur, ac eorum declaratio, Oratio Dominicæ, decem præcepta Decalogi, & sacramenta, ea, quæ actu suscipiuntur ab homine, cætera verò sacramenta satis est, vt sciantur quâdo vult quis recipere, puta ordinem, extremam vñctionem, ac matrimonium; Præterea oportet, vt quis sciat obligationem, ieiunij, ac præceptum annuæ confessionis, ac communionis, & quod post commissum peccatum mortale sit necessaria pœnitentia modo supra explicato.

Sed petes, quid sit attritio sufficiens ad recuperandam gratiam simul cum sacramento Confessio nis, & quid sit contritio.

Antequam respondeam.

Suppono, cum communi Theologorum sententia, quod attritio requisita à *Triden.*

dent. sess. 14. c. 4. debet esse supernaturalis, ad hoc, vt fit sufficiens dispositio ad adipiscendam gratiam simul cum actuali confessione, quia dispositio debet esse in eodem ordine cum forma ad quam est dispositio: sed forma, quæ est gratia est supernaturalis, ergo etiam dispositio, quæ est attritio debet esse supernaturalem; præter rationem patet ex *Trid. loc. cit. vbi* appellat attritionem donum Dei, & impulsus spiritus sancti.

Concil.
Triden.

His positis. Ad primum.

Concil.
Triden.

Respondetur, ex *Trid. sess. 14. c. 4.* quod attritio sufficiens ad delendum peccatum, simul cum sacramento Confessionis, est illa pœnitentia, quæ fit de peccato, vel ex cōsideratione turpitudinis peccati, vel ex gehennæ, & pœnarum metu, modo excludat voluntatem peccandi; Neque obstat quod metus gehennæ sit finis proximus pœnitentiæ, quandoquidem hic finis non excludit Deum, qui est finis, nec verificatur conditionalis, quod si non esset pœna committeretur peccatum, quia hæc voluntas, nec explicitè, neque implicitè, aut virtute habetur; immo esset repugnantia, quod voluntas ex hoc motiuo efficaciter detestans culpam haberet illam voluntatem conditionatam, quia per illum actum, culpam, committeret, & efficeretur pœnæ reus, vnde ageret contra intentionem vitandi pœnam.

Concil.
Triden.

Quantum verò ad attritionem propter fe-
ditatem peccati si fit propter foeditatem
peccati, non quatenus fit ille actus contra
rationem naturalem, sed quatenus fit con-
tra rationem naturalem, vt eleuatam ad fi-
nem supernaturalem, tunc est sufficiens di-
spositio simul cum sacramento Confessio-
nis ad tollendum peccatum si voluntatem
excludat non peccandi de cetero.

Ad secundum.

Concil.
Trid.

Respondetur, quod contritio iuxta Tri-
den. sess. 14. c. 4. est dolor de peccato propter
Deum finem supernaturalem summè dile-
ctum, hoc est super omnia, & propter suam
bonitatem cum proposito non peccandi
de cetero.

*Sed petes primò. An in contritione sit opus habe-
re explicitam voluntatem confitendi tempore de-
bito, & an sit opus habere explicitum propositum
non peccandi de cetero, & an sit opus explicitè
considerare omnia peccata detestando ea, vel suf-
ficiat cogitatio in confuso, & an formalis actus
amoris requiratur, & an propositum satisfaciendi.*

Ad primum.

Suar.

Respondetur, ex communi DD. senten-
tia, & practicè certa, teste Suarez de pœ-
nit. disp. 18. sect. 1. num. 9. sufficere voluntatem,
ac votum implicitum confitendi, quatenus
in-

includitur ex natura rei in amore Dei super omnia, & seruandi omnia mandata

Ad secundum.

Respondetur multi DD. antiqui, teste *Suarez de pœnitentia, disp. 4. sect. 3. q. 85.* dicunt esse necessarium propositum non peccandi in futuro ad contritionem; alij verò DD. vt *Soto, Nau. Medina Adrianus,* & alij teste eodem *Suarez loc. cit.* dicunt satis esse ad cōtritionem implicitum propositum nō peccandi de cætero.

Suar.

Sotus.

Naua.

Medina.

Adrian.

Suarez.

Sanchez.

Suarez verò loc. cit. admittit has duas opiniones tanquam probabiles, sed ipse sic distinguit per se loquēdo ad contritionem requiri formale propositum non peccandi de cætero, est enim hæc pars securior, & populo prædicanda; per accidens verò potest sufficere sola detestatio peccati absque formali proposito non peccandi de cætero, puta quando quis non aduertit elicere hūc explicitum actum, cum hoc sit difficilè homini, simul aduertere ad plures actus, alij verò DD. teste eodem *Suarez loc. cit.* præter formale propositum non peccandi de cætero, requirunt propositum satisfaciendi ad contritionem, huius opinionis sunt *Soto,* & *Canus*, sed *Vega* simul cum *Suarez* meritò negant necessitatem huius propositi, vt rectè probat *Suarez loc. cit.*

Sotus.

Canus.

Vega.

Suar.

Suar.

Ad tertium.

Re-

Suar. Respondetur, ex communi DD. sententia, teste *Suar. de pœn. q. 85. a. 1. disp. 4. sect. 6. n. 7.* ad contritionem sufficere recogitationem omnium peccatorum, atq; detestationem confusè; immo ait *Suarez* loc. cit. cum alijs DD. interdum posse hominem habere veram contritionem, & iustificari etiam si de vno peccato commisso actu cogitet, si illud ex perfectissimo motiuo pœnitentiæ detestetur quia est illa vniuersalis detestatio virtualis omnium peccatorum

Ad quartum, & vltimum.

Suar. Respondetur, ex communi DD. sententia, teste *Suarez de pœnit. disp. 4. sect. 2. nu. 6. & 8.* formalem amorem per se loquendo esse necessarium ad cōtritionem, vt colligi potest ex varijs locis sacrae Scripturæ, vt ex *Ioan. 3. 1. Ioan. 3. Qui non diligit manet in morte, & 1. ad 1. Cor. 13. Sine charitate nihil sum, & Deuter. 4. Cum quæsieris Dominum inuenies eum: si tamen ex toto corde tuo quæsieris eum, & tota perturbatione animæ tuæ. Et Luc. 7. Remittuntur ei peccata multa, quia dilixit multum, & August. lib. de vera, & falsa pœnit. c. 9. & c. 17. Sic ait Sine amore nemo unquam gratiam inuenit, nec veniam assequutus est, & idem *Augustin. serm. 7. de tempore, concludit: Veram pœnitentiã non facit, nisi odium peccati, & amor Dei, & lib. 4. de Ciuit. Dei cap. vlt. & lib. 21. c. 27. sic ait Si pro vno scelere omnia sua distribuans indigentibus, nisi desistant à peccatis habendo charitatem,**

talẽ,

attem, quæ non agit perperam, nihil eis prodesse potest.

Per accidens verò posse peccatorem iustificari absque formali amore, modo detestatio peccati virtute contineat amorem Dei, quia sic est conformis suauitati diuinæ prouidentię, & simul humanæ conditioni: quia nõ potest homo sine magna difficultate ad plura simul aduertere, & circa illa operari, maximè in re tam graui, & ardua.

Sed petes. Quæ sit detestatio peccati, quæ continet virtute amorem Dei.

R Espondetur, ex communi sententia Theolorum, teste *Suarez tom. 5. 3. part. disp. 4. sect. 2. nu. 14.* esse odium peccati quatenus est contra bonum Dei, in se, eiusque dissoluit amicitiam. Solum verò dicit eiusmodi detestationem esse formalem amorem, & ideò nullum alium esse necessarium, etiam per se loquendo, sed oppositum tenet *Suarez loc. cit.* & rationem assignat, quia ille actus non tendit directè in Deum, vt in obiectum quod, sed quo, id est solum respicit illum, vt rationē proximam detestandi peccatum; præterea ille actus formaliter non est actus prosecutionis, sed fugæ: amor autem formaliter sumptus est

Suar.

est quedam prosequutio sui obiecti, & quasi virtualis coniunctio ad illud. Vnde, vt actus dicatur formalis amor Dei, non satis est, quod sit elicitus à charitate, quia charitas habet vnum obiectum primum, quod est Deus, & alia secunda obiecta, ex quibus quædam amat propter Deum, vt proximum, alia odio habet, vt peccatum, est ergo illa detestatio virtualis tantum amor Dei.

Ad quintum.

Suar.
Vega.

Respondetur, ex Suarez, & Vega cit. ab eodem Suarez disp. 4. sect. 3. nu. 8. non esse necessarium propositum satisfaciendi, & includitur in proposito non peccandi de cætero, Soto vero de natura, & gratia lib. 2. c. 14. & Cano. cit. à Suarez dicunt esse necessarium hoc propositum satisfaciendi ad contritionem.

Sotus.
Cano.

Sed petes, quando actus propositi, & detestationis simul concurrunt ad contritionem, seu dispositionem ad gratiam quis illorum antecedit saltem ordine natura.

Suar.

Respondetur, ex Suarez loc. cit. disp. 4. sect. 3. nu. 8. prius debere antecedere detestationem peccati, & postea propositum non peccandi, vt rectè colligitur Trid.

Concil.
Triden.

sess. 6. c. 6. Verum simpliciter hoc non esse necessarium, sed posse voluntatem pro liber-

bertate sua, & mota à parato diuino auxilio, quemuis eorum sine alio, seù ante alium, elicere, tamen in ordine ad iustificationem magis consentaneum est, vt homo incipiat à detestatione peccati, quam à proposito nō peccandi, nam ad impetrandam veniam de iniuriā commissa, nulla est moraliter loquendo magis accomodata via, quam displicentia de iniuria facta, ad quam statim, consequitur voluntas, & propositum nunquam iterum faciendi iniuriam.

Quoad secundum, quod Sacerdos debeat scire administrare sacramenta secundum Tridentinum, loc. cit.

R Espondeo, & intelligo, quod Sacerdos in primis scire debet administrare sacrificium Missæ, & ea, quæ occurrere possunt in dicto sacrificio. Secundò, scire debet administrare sacramentum pœnitentiæ saltem in articulo mortis cum quiuis Sacerdos in tali articulo possit hoc sacramentum exercere etiam si careat approbatione Ordinarij ad excipiendas cōfessiones, quia habet facultatem in tali articulo à Tridentino, posito quod alius Sacerdos approbatus ad confessiones absit in tali articulo mortis,

Sed

Sed petes primò. Quæ possunt occurrere in sacrificio
Missæ .

Rubrica
Missalis.

Respondetur, multa accidere posse, ac proinde quivis Sacerdos debet memoria retinere, quæ habentur in *Rubrica Missalis*, & sæpè numero legere debet dictam rubricam, quam mox per extensum ponam.

De defectu panis.

Si panis non sit triticeus, vel si triticeus admixtus sit granis alterius generis in tanta quantitate, vt non maneat panis triticeus, vel sit alioquin corruptus non conficitur sacramentum, si sit confectus de aqua rosacea, vel alterius distillationis, dubium est an conficiatur si ceperit corrumpi, sed non fit corruptus, similiter si non sit azymus, secundum morem Ecclesiæ latinæ, conficitur, sed conficiens grauter peccat.

Si celebrans ante consecrationem aduerterit hostiam esse corruptam, aut non esse triticeam, remota illa hostia, aliam ponat, & facta oblatione saltem mente concepta, prosequatur ab eo loco, vbi desuit.

Si id aduerterit post consecrationem, etiam post illius hostiæ sumptionem, posita alia faciat oblationem, vt supra, & a consecratione incipiat, scilicet ab illis verbis. *Quampridie quam pateretur, & illam priorem*

rem si nō sumpfit sumat post sumptionem Corporis, & Sanguinis, vel alij sumendam tradat, vel alicubi reuerenter conseruet. Si autem sumpserat, nihilominus sumat eam quam cōsecrauit: quia præceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quam quod à ieiunis sumatur. Quod si hoc contingat post sumptionem Sanguinis, apponi debet rursus nouus panis, & vinū cum aqua, & facta prius oblatione, vt supra Sacerdos consecret incipiendo ab illis verbis, *Qui pridie*, ac statim sumat verumque, & prosequatur Missam: ne Sacramentum remaneat imperfectum, & vt debitus seruetur ordo.

Si hostia consecrata dispareat, vel casu aliquo, vt vento, aut miraculo, vel ab aliquo animali accepto, & nequeat reperiri, tunc altera consecretur, ab eo loco incipiendo, *Qui pridie quam pateretur*, facta eius oblatione, vt supra.

De defectu vini.

Si vinum sit factum penitus acetum, vel penitus putridum, vel de vuis acerbis, seu non maturis expressum, vel ei admixtum tātum aquæ, vt vinum sit corruptum; non conficitur sacramentum.

Si vinum cæpit acescere, vel corrumpi,
vel

vel fuerit aliquantū acre, vel mustū de vuis tūc expressum, vel non fuerit admixtum aqua, vel fuerit admixta aqua rosacea, seu alterius distillationis; conficitur sacramentum, sed conficiens grauer peccat.

Si celebrans ante consecrationem Sanguinis, quamuis post consecrationem Corporis, aduertat, aut vinum, aut aquam, aut vtrumque nō esse in Calice: debet statim, apponere vinum cum aqua, & facta oblatione, vt supra, consecrare, incipiendo ab illis verbis *Simili modo, &c.*

Si post verba consecrationis aduertat vinum non fuisse positum, sed aquam; deposita aqua in aliquod vas, iterum vinum cum aqua ponat in Calice, & consecret, resumēdo à verbis prædictis *Simili modo.*

Si hoc aduertat post sumptionem Corporis, vel eiusmodi aquæ, apponat aliam hostiam iterum consecrandam, & vinum cum aqua in Calice, offerat vtrumque, & consecret, & sumat, quamuis non sit ieiunus. Vel si Missa celebretur in loco publico, vbi plures adsint ad euitandum scandalum, poterit apponere vinum cum aqua, & facta oblatione, vt supra consecrare, ac statim sumere, & prosequi cætera.

Si quis percipiat ante consecrationem, vel post consecrationem, totum vinum esse acetum, vel aliàs corruptum, idem seruetur,

tur, quod supra, ac si deprehenderet non esse positum vinum, vel solum aquam fuisse appositam in Calice .

Si autem celebrans ante cōsecrationem Calicis aduertat nō fuisse appositā aquam, statim ponat eam, & proferat verba consecrationis. Si id aduertat post cōsecrationem Calicis, nullo modo apponat, quia non est de necessitate sacramenti .

Si materia, quæ esset apponenda ratione defectus, vel panis, vel vini, non possit vllō modo haberi; Si id fit ante consecrationem Corporis, vltius procedi non debet, si post consecrationem Corporis, aut etiam vini deprehenditur defectus alterius speciei, altera iam consecrata; tunc nullo modo haberi possit, procedendum erit, & Missa absoluenda, ita tamen, vt præmittantur verba, & signa, quæ pertinent ad speciem deficientem. Quod si expectando aliquandiu haberi possit, expectandum erit, nè sacrificium remaneat imperfectum .

De defectibus formæ .

Defectus ex parte formæ possunt contingere, si aliquid desit ex ijs, quæ ad integritatem verborum in ipsa consecratione requiruntur: Verba autem consecrationis,

I

quæ

130 De defectibus formæ in consec.

quæ sunt forma huius sunt hæc. Hoc est enim Corpus meum, & Hic est enim Calix Sanguinis mei novi, & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

Si quis autem aliquid diminuerit, vel immutaret de forma consecrationis Corporis, & Sanguinis, & in ipsa verborum immutatione verba idem non significarent, non conficeret sacramentum. Si verò aliquid adderet quod significationem non mutaret, conficeret quidem, sed grauissimè peccaret.

Si celebrans non recordetur: se dixisse ea, quæ in consecratione communiter dicuntur non debet propterea turbari, si tamen certò ei constet se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate sacramenti, idest formam consecrationis, seu partem, resumat ipsam formam, & cetera prosequatur per ordinem.

Si verò valdè probabiliter dubitat se aliquid essentialè omisisse, iteret formam saltem sub tacita conditione. Si autem non sunt, de necessitate sacramenti, non resumat, sed procedat ulterius.

De defectu intentionis.

Si quis non intendit conficere, sed delusorie

De defectu intentionis in consec. 131

foriè aliquid agere. Item si aliqua hostiæ ex obliuione remanent in altare, vel aliqua pars vini, vel aliqua hostia lateat, cum non intendat consecrare, nisi quas videt. Item si quis habet coram se vndecim hostias, & intendat consecrare solum decem, non determinos quas decem intendit: in his casibus non consecrat, quia requiritur intentio. Secus si putans quidem esse decem, tamen omnes voluit consecrare quas coram se habebat: nam tunc omnes erunt consecratæ: atque ideò quilibet Sacerdos talem semper intentionem habere debet scilicet consecrandi eas omnes, quas ante se ad consecrandas positas habet.

Si Sacerdos putans se tenere vnam hostiam, post consecrationem inuenerit fuisse duas simul iuntas, in sumptione sumat simul vtramque. Quod si deprehendat post sumptionem Corporis, & sanguinis, aut etiam post abluionem, reliquias aliquas relictas consecratas, eas sumat, siuè parvæ sint, siuè magnæ, quia ad idem sacrificium spectant. Si verò relictæ sit hostia integra consecrata, eam in tabernaculo cum alijs reponat: si hoc fieri nequit, sequenti Sacerdoti celebraturo ibi, in altari supra corporale decenter opertam, sumendam, vna cum altera quam est consecraturus relinquat: vel si neutrum horum fieri possit,

133 De defectu dispositionis animæ.

in ipso Calice, seu patena decenter conseruet, quousque, vel in tabernaculo reponatur, vel ab altero sumatur: quod si non habeat quomodo honestè conseruetur, potest eam ipsemet sumere.

- Si intentio non sit actualis in ipsa consecratione propter euagationem mentis, sed virtualis; cum accedens ad altare intendat facere quod facit Ecclesia, conficitur sacramentū, etsi curare debet Sacerdos, vt etiam actualem intentionem adhibeat.

De defectibus dispositionis animæ.

Si quis suspensus, excōmunicatus, degradatus, irregularis, vel aliàs Canonice impeditus celebret conficit quidem sacramentum, sed grauissimè peccat, tam propter cōmunionem, quàm indignè sumit, quā propter executionem ordinum; quæ sibi erat interdicta.

Si quis habens copiam confessoris celebret in peccato mortali grauiter peccat.

- Si quis autē in casu necessitatis non habens copiam Confessoris, in peccato mortali absque contritione celebret grauiter peccat. Secus si conteratur: debet autem cum primum poterit confiteri.

Si in ipsa celebratione Missæ Sacerdos recordetur; se esse in peccato mortali con-

te-

De defectu disposit. Corporis. 133
teratur cum proposito confitendi, & satisfaciendi.

Si recordetur se esse excommunicatum, vel suspensum, aut locum esse interdictum: similiter coneratur cum proposito petendi absolutionem. Ante consecrationem in supradictis casibus, si non timetur scandalum, debet Missam inceptam deferere.

De defectibus dispositionis Corporis.

Si quis non est ieiunus, post mediam noctem, etiam post sumptionem solius aquæ, vel alterius potus, aut cibi per modum medicinæ, & in quantūcunq; parua quantitate, non potest celebrare, nec communicare.

Si autem ante mediam noctem cibum, aut potum sumpserit, etiam si postmodum non dormietur, nec sit digestus, non peccat, sed ob perturbationem mentis, ex qua deuotio tollitur, consulitur aliquando abstinendum.

Si reliquiæ cibi remanentes in ore transglutiantur, nō impediunt communionem, cum non transglutiantur per modum cibi, sed per modum saliuæ; idem dicendum si lauando os, deglutiatur stilla aquæ præter intentionem.

Si plures Missas in vna die celebret, vt in Natiuitate Domini, in vnaquaque Missa,

abluat digitos in aliquo vase mundo, & in
ultima tantum percipiat purificationem.

Si præeesserit pollutio nocturna, quæ
causata fuerit ex præcedenti cogitatione,
quæ sit peccatum mortale, vel euenerit
propter nimiam crapulam, abstinendum
est à cõmunionem, & celebrationem, nisi aliud
confessario videatur. Si dubium est, an in
præcedenti cogitatione fuerit peccatum
mortale, consulitur abstinendum, extra ta-
men casum necessitatis. Si autem certum
non fuisse in illa cogitatione peccatũ mor-
tale, vel nullam fuisse cogitationem, sed e-
uenisse ex naturali causa, aut ex diabolica
illusionem, potest communicare, & celebra-
re, nisi ex illa Corporis commotionem tanta
euenerit perturbatio mentis, vt abstinend-
um videatur.

De defectibus in ministerio ipso oc- currentibus.

Possunt etiam defectus occurrere in mi-
nisterio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud
desit: vt si celebratur, in loco non sacro, vel
nõ deputato ab Episcopo, vel in altari non
consecrato, vel tribus mappis non cooper-
to, si non adsint luminaria cerea si non sit
tempus debitum celebrandi, quod est ab
aurora vsque ad meridiem communiter: si
cele-

celebrans saltem Matutinum cum Laudibus non dixerit: Si omittat aliquid ex vestibus sacerdotalibus: si vestes sacerdotales, & mappæ non sint ab Episcopo, vel ab alio hanc habente potestatem benedictæ: Si nõ sit Clericus, vel alius deseruiens in Missa, vel adsit, qui deseruire non debet, vt mulier: Si non adsit Calix cum patena conueniens, cuius cuppa debet esse aurea, vel argentea, vel stannea: non ærea, vel vitrea: Si corporalia non sint munda, quæ debent esse ex lino, nec serico in medio ornata, & ab Episcopo, vel ab alio hanc habente potestatem benedicta, vt etiam superius dictum est: Si celebrat capite cooperto sine dispensatione: Si non adsit Missale, licet memoriter sciret Missam, quam intendit dicere.

Si Sacerdote celebrante violetur Ecclesia ante Canonem dimittatur Missa: Si post Canonem non dimittatur. Si timeatur incursus hostium, vel alluiones, vel ruina loci, vbi celebratur, ante consecrationem, dimittatur Missa, post consecrationem vero Sacerdos accelerare poterit sumptionem sacramenti omittis omnibus alijs.

Si Sacerdos ante consecrationem grauiter infirmetur, vel in sincopen inciderit, aut moriatur prætermittitur Missa. Si post consecrationem Corporis tantum ante consecrationem Sanguinis, vel vtroque conse-

crato id accidit, Missa per alium Sacerdotem expleatur ab eo loco, vbi desijt, & in casu necessitas etiam per non ieiunum. Si autem non obierit, sed fuerit infirmus adeo tamen, vt possit communicare, & non adfit alia hostia consecrata Sacerdos, qui Missam supplet, diuidat hostiam, & vnam partem præbeat infirmo aliam ipse sumat. Si autem semiprolata forma Corporis obiit Sacerdos, quia non est facta consecratio, non est necesse, vt Missa per alium suppleatur. Si verò obijerit semiprolata forma Sanguinis, tunc alter prosequitur Missa, & super eundem Calicem repetat integram formam, ab eo loco. *Simili modo postquam cœnatum est, vel posset super aliû Calicem præparatum integram formam proferre, & hostiam primis Sacerdotis, & sanguinem à se consecratum sumere, ac deinde Calicem relictum semiconsecratum.*

Si quis extra huiusmodi casus necessitatis integra sacramenta non sumpserit, grauissimè peccat.

Si musca, vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in calicem ante consecrationem, proijciat vinum in locû decentem, & aliud ponat in calice, misceat parum aquæ offerat, vt supra, & prosequatur Missam. Si post cōsecrationem ceciderit musca, aut aliquid huiusmodi, & fiat nausea Sacerdoti, extrahat

hat eam, & lauet cum vino, finita Missa cōburet, & combustio, ac losio eiusmodi in sacrarium proijciatur. Si autem non fuerit ei nausea, nec vllum periculum timeat, sumat cum sanguine.

Si aliquod venenosum ceciderit in calicem, vel quod prouocaret vomitum, vinum consecratum reponendum est in alio calice, & aliud vinum cum aqua apponendum denuo consecrandum: & finita Missa sanguis repositus in pano lineo, vel stuppa tandiū seruetur, donec species vini fuerint desiccatae, & tunc stuppa comburatur, & combustio in sacrarium proijciatur, si aliquod venenatum contigerit hostiam consecratam, tunc alteram consecret, & sumat modo quo dictum est, & illa seruetur in tabernaculo separato, donec species corrumpantur, & corruptae deinde mictantur in sacrarium.

Si sumendo sanguinem, particula remanserit in calice digito ad labium calicis eam adducat, & sumat ante purificationem, vel infundat vinum, & sumat.

Si hostia ante consecrationem inueniatur fracta, nisi populo euidetur appareat, talis hostia consecretur: si autem scādalum populo esse possit alia accipiatur, & offeratur: quod si illius hostiae iā erat facta oblatio, eam post ablutionem sumat.

Quod

crato id accidit, Missa per alium Sacerdotem expleatur ab eo loco, vbi desijt, & in casu necessitas etiam per non ieiunum. Si autem non obierit, sed fuerit infirmus adeo tamen, vt possit communicare, & non adsit alia hostia consecrata Sacerdos, qui Missam supplet, diuidat hostiam, & vnam partem præbeat infirmo aliam ipse sumat. Si autem semiprolata forma Corporis obiit Sacerdos, quia non est facta consecratio, non est necesse, vt Missa per alium suppleatur. Si verò obijerit semiprolata forma Sanguinis, tunc alter prosequitur Missa, & super eundem Calicem repetat integram formam, ab eo loco. *Simili modo postquam cœnatum est, vel posset super aliū Calicem præparatum integram formam proferre, & hostiam primis Sacerdotis, & sanguinem à se consecratum sumere, ac deinde Calicem relictum semiconsecratum.*

Si quis extra huiusmodi casus necessitatis integra sacramenta non sumpserit, grauissimè peccat.

Si musca, vel aranea, vel aliquid aliud ceciderit in calicem ante consecrationem, proijciat vinum in locū decentem, & aliud ponat in calice, misceat parum aquæ offerat, vt supra, & prosequatur Missam. Si post cōsecrationem ceciderit musca, aut aliquid huiusmodi, & fiat nausea Sacerdoti, extrahat

hat eam, & lauet cum vino, finita Missa cōburet, & combustio, ac losio eiusmodi in sacrum projiciatur. Si autem non fuerit ei nausea, nec vllum periculum timeat, sumat cum sanguine.

Si aliquod venenosum ceciderit in calicem, vel quod prouocaret vomitum, vinum consecratum reponendum est in alio calice, & aliud vinum cum aqua apponendum denuo consecrandum: & finita Missa sanguis repositus in pano lineo, vel stuppa tandiū seruetur, donec species vini fuerint desiccatae, & tunc stuppa comburatur, & combustio in sacrum projiciatur, si aliquod venenatum contigerit hostiam consecratam, tunc alteram consecret, & sumat modo quo dictum est, & illa seruetur in tabernaculo separato, donec species corrumpantur, & corruptae deinde mictantur in sacrum.

Si sumendo sanguinem, particula remanserit in calice digito ad labium calicis eam adducat, & sumat ante purificationem, vel infundat vinum, & sumat.

Si hostia ante consecrationem inueniatur fracta, nisi populo euidetur appareat, talis hostia consecretur: si autem scādalum populo esse possit alia accipiatur, & offeratur: quod si illius hostiae iā erat facta oblatio, eam post ablutionem sumat.

Quod

Quod si ante oblationem hostia appareat confracta, accipiatur altera integra, si citra scandalum, aut longam moram fieri possit.

Si propter frigus, vel negligētiam hostia consecrata dilabatur in calicem, propterea nihil est reiterandum, sed Sacerdos Missam prosequatur, faciendo ceremonias, & signa consueta cum residua parte hostiæ, quæ nō est madefacta sâguine, si commodè potest. Si verò tota fuerit madefacta, non extrahat eam, sed omnia dicat omittenda signa, & fumat pariter corpus, & sanguinem, signans se cum calice, & dicens: *Corpus, & Sanguinis Domini nostri, &c.*

Si in hieme sanguis congeletur in calice, inuoluatur calix pannis calefactis: si id non proficeret, ponatur in feruenti aqua propè altare, dummodo in calicem non intret donec liquefiat.

Si per negligentiam aliquid de sanguine Christi ceciderit, si quidem super terram, seu super tabulam, lingua labatur, & locus ipse radatur quantum satis est, & abrasio comburatur: cinis verò in sacrarium recôdatur. Si verò super lapidem altaris ceciderit, sorbeat Sacerdos stillam, & locus benè abluatur, & ablutio in sacrarium projiciatur. Si super linteum altaris, & ad aliud linteum stilla peruenerit, si vsque ad tertium: lin-

Inteamina ter abluantur, vbi stilla ceciderit.

Calice supposito, & aqua abluionis in sacrarium proijciatur.

Quod si in ipso solum corporali, aut si in vestibus ipsis sacerdotalibus ceciderit, debet similiter abluui, & ablutio in sacrarium proijci. Si in substrato pedibus panno, vel tapeto, benè abluatur, vt supra.

At si contingat totum sanguinem post consecrationem effundi, siquidem aliquid, vel parum remansit, illud sumatur, & de effuso reliquo sanguine fiat, vt dictum est. Si verò nihil omninò remansit ponat iterum vinum, & aquam, & consecret ab eo loco *Simili modo postquam cœnatum est*, facta prius tamen calicis oblatione, vt supra.

Si Sacerdos euomat Eucharistiam, si species integræ appareant, reuerenter sumatur, nisi nausea fiat: tunc enim species consecratæ cautæ separentur, & in aliquo loco facto reponantur, donec corrumpantur, & postea in sacrarium proijciantur. Quod si species non appareant, comburatur vomitus, & cineres in sacrarium mictantur.

Si hostia consecrata, vel aliqua eius particula dilabatur in terram reuerenter accipiat, & locus, vbi cecidit mundetur, & aliquantulum abradatur, & puluis, seu abrasio huiusmodi in sacrarium immictatur. Si
ce-

cciderit extra corporale in mappa, seu alio quouis modo in aliquod linteum mappa, vel linteum huiusmodi diligenter lauetur, & osio ipsa in sacrarium effundatur.

Possunt verò aliquam alia dubia occurrere in sacrificio Missæ, ac proinde operepretium existimo quod ponantur, vt rectè scire possit Sacerdos resolutionem eorum ex responsionibus, quæ fient.

Primò quæritur, quæ quantitas aquæ ponenda sit in Calice ante consecrationem vini.

Bonac.

Respondetur, ex communi DD. sententia, teste *Bonac. tom. 1. disp. 4. q. 2. punt. 4. fol. mibi 74.* sufficere quamlibet guttulam aquæ modo sit sensibilis, nam modica quantitas facilius conuertitur in vinum, & sub qualibet gutta saluatur significatio propterquam aqua adhibetur in *Concilio Tribulensi capit. 19.* habetur, & in *Florentino* dicitur [miscendum esse paululum aquæ, & aquam modicissimam, cauere debet Sacerdos, ne tantam aquæ copiam adhibeat, quantum est vinum. Immo curate debet, ne quantitas aquæ tertium vini partem excedat. *Naunarr.* denique ait in *summ. c. 25. nu. 85.* [peccare mortaliter celebrantem cum vino adeo lymphato, vt substantiam vini amicteret, & consecratio esset nulla.

*Concil.
Tribul.
& Flor.*

Naunarr.

Se-

Secundò quæritur. *Utrum quælibet parua quantitas panis, vel vini consecrari possit.*

Respondetur, ex communi omnium sententia Doctorum, teste *Bonac. disp. 4. tom. 1. q. 2. punt. 5. num. 1. fol. mihi 74.* quælibet paruam quantitatem panis, modo fit sensibilis posse esse materiam sacramenti, nam si detur tam parua quantitas panis, quæ non sit sensibilis, nec videri, aut designari possit non est apta materia consecrationis, quia humano modo est insensibilis, nec designari, & demonstrari potest per particulam hic, vt communiter docent DD. teste *Bonac. loc. citato.* Bonacin.

Verum alij DD. teste *Henriquez lib. 8. cap. 14. num. 4.* quos ipse sequitur oppositum tenent, nempe posse consecrari partem minimam panis, vel vini, quamuis non sit sensibilis oculo mortali, est tamen sensibilis oculo beato cum habeat colorem, & quantitatem. Henriq.

Tertio quæritur. *An consecrari possit quælibet magna quantitas panis, & vini?*

Respondetur, ex communi DD. sententia, apud *Bonac. tom. 1. disp. 4. q. 2. p. 5. num. 2.* Bonac. affirmatiuè, nimirum posse quælibet quantita-

Henriq.

titatem panis consecrari, sed hoc non esse licitum, & grauiter peccaret, qui absque causa ultra modum consecraret ingentem quantitatem panis, vt rectè docet *Henriq. 2. lib. 8. cap. 14. nu. 4. & Bon. loc. cit.*

Quarto queritur. Vtrum materia consecranda debeat esse præsens, & quodnam dicatur sufficiens præsens.

Bonacin.

Respondetur, ex communi DD. sententia, teste *Bon. tom. 1. disp. 4. q. 2. punt. 6. n. 1. & 2.* affirmatiuè, nempe materiam consecrandam debere esse præsentem moraliter, alioquin falsa redderetur forma consecrationis cum forma consecrationis fiat cum his particulis demonstratiuis hoc, & hic, quæ rei absenti nequeunt bene accomodari.

Bonacin.

Vt materia consecranda dicatur præsens moraliter debet esse, ita præsens Sacerdoti consecranti, vt secundum communem loquendi modum possit verè, & propriè designari, & denotare per particulam hoc, vel hic iuxta prudentis viri iudicium, ita affirmant DD. teste *Bon. loc. cit.*

Hinc

Primò colligi potest, non requiri ad validè materiæ consecrationem, vt sonus verborum attingat materiam consecrandam; cum materia possit esse sufficienter præsens, etiam

etiam si sonus verborum ad ipsam non per-
tingat, ita DD. teste *Bon. loc. cit.*

Bonac.

Secundò, posse validè consecrari vinum
in calice cooperto contentum, aut dolio
inclusum, aut hostias in pixide contentas,
aut latentes sub alijs hostijs, vel sub mappa,
vel etiam in Missali, modo existant coram
Sacerdote, nã possunt demonstrari per par-
ticulam, hoc, est communis DD. sententia,
teste *Bon. loc. cit.*

Bonac.

Tertiò, Sacerdotem cœcum validè con-
secrari hostiam quam coram se habet; quã-
vis illam non videat, non enim necesse est,
vt materia actu videatur, sed sufficit, vt sit
præsens moraliter, & designetur per parti-
culam hoc, ita communiter DD. teste eo-
dem *Bon.*

Quartò, validè consecrari hostiam exi-
stentem à tergo, si Sacerdos etiam in mani-
bus teneat; nam propriè demonstrari potest
per particulam hoc. Secus dicendum vide-
tur, si Sacerdos illam præ manibus non ha-
beat, ita communiter affirmant DD. teste
Bon. loc. cit. quidquid maior senserit in op-
positum, vt dicit, & allegat *Bon.*

Quintò, validè esse consecrationem ma-
teriæ existentis coram Sacerdote; quamvis
actu non tangatur, aut præmanibus non
habeatur, ita DD. cit.

Sextò, quando Sacerdos intendit dupli-
cem

cem materiam consecrare, vnam præsentem, & alteram absentem, consecrationem non esse validam respectu absentis, respectu verò præsentis videri validam; quia de materia præsentis verificatur forma; contrarium tenet *Nugnus* in 3. par. q. 74. art. 2. difficul. 3. & sic dicit quando Sacerdos nullam facit distinctionem inter materiam absentem, & præsentem, sed simpliciter propter formam super vtramque materiam nulla est consecratio, quia tunc temporis forma redditur propositio falsa, ergo nõ efficit quod significat quoniam illud pronomen, hoc, tantum significat omne illud, quod Sacerdos intendit consecrare. Sed non potest significare materiam absentem: ergo simpliciter loquendo propositio redditur falsa: quia virtualiter est vna copulatiua, cuius altera pars est falsa.

Si verò Sacerdos habeat istam intentionem, volo consecrare vtramque materiam, si autem fuerit impossibile hoc, volo consecrare possibile, tunc temporis dubium est, ait *Nugnus* loc. cit. vtrum consecratio sit validè, atque adeo talis materia debet seruari, & sumi sub dubio cum aliqua reuerentia.

Septimò, nõ posse validè consecrari hostiam existentem post parietem, nam humano modo videtur absens, nec propriè designa-

Nugnus.

Nugnus.

gnari potest per particulam hoc, cum de illa non dicatur hæc hostia, sed illa hostia. ita communiter affirmant DD. teste Bonac. 10. 1. disp. 4. q. 2. pun. 6. n. 9.

Bonacini

Ociatò, non posse validè consecrari materiam distàtem triginta passibus: quia propriè loquendo non videtur posse designari per particulam hoc, sed potius per particulam illud. ita DD. teste Bonac. loc. cit.

Bonac.

Sed dubium est. Vtrum validè saltem possit consecrari materia saltem distans viginti passibus.

R Espondetur affirmatiuè, cum communi DD. sententia. teste Henriquez lib. 8. cap. 14. nu. 2. Sed Bonac. tom. 1. disp. 4. q. 2. pun. 6. nu. 11. dicit [hoc sibi non esse certum, cum non constet designari posse per particulam hoc.]

Henriq.

Bonac.

Quartò queritur: Vtrum materia consecranda debeat esse aliquo modo definita, & determinata in mente Sacerdotis consecrantis.

R Espondetur, ex communi DD. sententia nemine discrepante. teste Bonac. loc. cit. sed punt. 5. nu. 3. affirmatiuè, nempè debere esse materiam certam in mente Sacerdotis consecrantis, vnde si Sacerdos intenderit hostias consecrare, & non has hostias, non validè consecraret.

Bonac.

K

Obj-

Obijcies si, quis deferat ad altare duas hostias, quas credit esse vnam tantum vtramque validè consecrat, sed illæ hostiæ non sunt determinatæ, nec præcognitæ in mente consecrantis, ergo materia consecranda non debeat esse definta, & determinata in mente consecrantis.

Bonac.

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste Bonac. loc. cit. vtramque hostiam remanere consecratam, quia error speculatiuus, seu priuata deceptio, qua duplex hostia creditur vna tantum, non obstat debitæ intentioni, quam Sacerdos habere debet, & moraliter habet consecrandi totam materiam, quam habet præsentem, & in mente determinatam.

Secus dicendum est, si Sacerdos præcisè velit vnam tantum consecrare; tunc enim cum Sacerdos non habeat intentionem, & materiam determinatam, nec sit maior ratio cur vna potius hostia, quam alia consecratur; neutra remanet cōsecrata, & in hoc conueniunt omnes DD.

Hinc sequitur primò, nullam hostiæ partem remanere consecratam, quando Sacerdos intēdit solum quartam hostiæ partem, vel medietatem consecrare, non distinguēs quam partem consecrare velit; Secus si aliquam hostiæ partem determinatam, & designatam intendat consecrare, etiam si illa
pars

pars designata coniuncta sit cum alijs partibus, nam coniunctio cum alijs partibus non obstat quin pars illa sit determinata, & quin verè sit materia huius sacramenti: sicut patet à simili de vino consecrato, quod miscetur, & coniungitur cum non consecrato, nam consecratum non definit esse consecratum propter admixtionem, & conjunctionem cum consecrato. ita communiter DD. teste *Bonac. loc. cit.*

Bonac.

Secundò, sequitur nullam hostiam remanere consecratam, si Sacerdos præsentem habeat decem hostias, & intendat quatuor tantum consecrare non determinando, quas velit consecrare. Ratio est, quia materia non est determinata in mente consecrantis, nec est maior ratio, cur vna potius hostia, quam alia remaneat consecrata. ita communiter DD. teste *Bonac. loc. cit. neminem* offerens Doctorem in oppositum.

Bonac.

Tertiò sequitur, Validam esse consecrationem quoad omnes hostias, quando quis plures hostias consecrandas detulit ad altare, & Sacerdos habuit actualem intentionem consecrandi omnes, licet in actu consecrationis recordetur illius tantum hostie, quam præmanibus habet, quia quamvis non habeat intentionem actualem eas consecrandi, habet tamen virtualem manantem ex actuali, quam habuit consecrandi

Nau.
Bonac.

quando illas accepit cōsecrandas. ita communiter DD. teste **Nau.** c. 25. n. 91. & **Bon.** l. c.

Quartò, illas hostias, quas quis inc̄scio Sacerdote consecrandas apposuit non remanere consecratas, quamvis illas apposuerit in corporale; ratio est, quia illæ hostiæ non censentur determinatæ in mente Sacerdotis, & voluntas non fertur in incognitum, ita DD. teste **Bonac.** loc. cit. oppositum tenet

Bonac.
Nugnus.

Nugnus.

Quintò, non esse validam consecrationem, si Sacerdos intendat eas hostias, aut illam partem hostiæ consecrare, quam Deus intendit; nam Sacerdos non dicitur habere intentionem, & materiam, humano modo determinatam, nec potest distinguere materiam consecratâ ab ea, quæ nõ est consecrata. ita communiter affirmant DD. teste **Bonac.** loc. cit.

Obijcies, si quis offerat sacrificium, & illud applicet animæ Purgatorij, quam Deus elegerit, valida est applicatio, & sacrificium re vera prodest illi, quâ Deus designauerit, ergo etiam valida videtur cōsecratio, quando quis intendit hostias consecrare, quas Deus intendit. hanc obiectionem ponit **Bon.** tom. 1. disp. 4. q. 2. punt. 5. n. 10.

Bonac.

Respondetur ab eodem **Bonac.** loc. cit. negando consequentiam; ratio disparitatis est, ait **Bonac.** [quia Sacerdos potest offerre

Bonac.

sacri-

sacrificium pro anima Purgatorij, quam Deus elegerit cum ad Deum pertineat remittere immediatè poenam animabus debitam, in sacramento verò, cum Sacerdos immediatè, & proximi agat per intentionem, & verba, requiritur, vt ipse determinet materiam, & non sufficit, vt illius determinationem referat in voluntatem, & intentionem Dei.] hæc sunt formalia verba *Bonac.*
nacine. Quod

Notandum est, quam pretiosus actus sit charitatis erga Deum, hoc modo, sacrificium offerre, nempe satisfactionem Missæ offerre ad quam animam Deus voluerit: Scio ego multos Sacerdotes his temporibus hanc deuotionem habere erga Deiparam, applicant enim valorem sacrificij ad animam, quam B. Virgo designauerit.

Sextò, non posse consecrari materiam, absentem, quæ mente concipitur, nam eiusmodi materia, quamuis dicatur præsens in intellectu, non tamen est præsens humano modo, ita vt designari possit per particulam hoc. ita *Bonac. loc. cit. sed nu. 12.*

Septimò, non esse validam consecrationem, si inchoata forma consecrationis, materia nondum erat præsens, quia eiusmodi materia non fuit demonstrata per pronomen hoc; ita communis sententia DD. affirmat, teste *Henriq. lib. 8. c. 14. n. 3.*

Quartò quæritur. *Quæ sit materia remota sacramenti Corporis.*

Bon.

Respondetur, ex communi DD. sententia, teste Bonac. to. 1. q. 2. disp. 4. punt. 1. nu. 1. materiam remotam sacramenti Corporis Christi esse panem triticeum; ita de fide constat ex Concilio Florentino in decreto Unionis, & ex Trident. sess. 13.

Concil.
Florent.
Concil.
Trid.

Quintò quæritur. *Quando celebrantur tres Missæ in die Natalis, sed interpolatæ, puta una in media nocte, alia in aurora, alia in meridie, an possit abstergi Calix medio purificatorio, an verò species vini consecrati, sunt exiccandæ in Calice; Ratio est, quia non videtur ratio cur sit licitum, ut species exiccantur in Calice, & non in purificatorio.*

Gauan.

Respondetur, ex Gauante in comment. Rubr. Missalis par. 4. tit. 3. num. 4. non esse tergendum calicem, nisi in fine tertiarum Missarum; neque esse tergendum calicem purificatorio; & licet dictus auctor, non assignat rationem; tamen ratio potest esse, quia purificatorium per se non est destinatum ad exiccandas species consecratas, sed tantum ad tergendum calicem post sumptionem purificationis; Calix verò per se primò est ordinatus ad continendas species sacramen-

mentales, & idcirco est ab Episcopo consecratus, & ideo mirum non esse debet cur potius exiccandæ sunt species sacramentales in calice, quam in purificatorio.

Neque dicas in calice, non remanere species sacramentales, post sumptionem factam à Sacerdote, quia illa humiditas relicta ex dicta sumptione non est potabilis, cum sit minima pars speciei sacramentalis, quia quælibet parua quantitas sensibilis panis, & vini, potest esse materia huius sacramenti, vt docet *D. Th. 3. part. q. 73. artic. 1. Vasquez disp. 71. cap. 2. & 3. Suarez disp. 43. in 3. part. tom. 3. sect. 7. Valentia, Conincho, Henriquez, & plerique alij cit. à Bonac. tract. de sacram. disp. 4. q. 2. punt. 4. nu. 1. Valentia verò, & Soto cit. à Bonac. & Henriquez lib. 8. cap. 14. num. 4. dicunt esse etiam validam consecrationem, quando materie est insensibilis, oculo mortali, quia satis est, vt sit sensibilis oculo beato. existimat esse probabile Suarez loc. cit. sed sect. 8. eam paruam quantitatem panis, & vini, quæ naturaliter videri non potest, posse valide consecrari ab eo, cuius oculus per Dei potentiam eleuatur, ad eam videndam, at hic esset casus metaphysicus.*

D. Thom.
Vasq.
Suar.
Valent.
Coninch.
Henriq.
Bon.
Valent.
Bonac.
Soto.
Henriq.
Suar.

Sed dices, Baptismus non potest administrari sub qualibet parua quantitate aquæ, quæ non sit sufficiens ad abluendum, ergo, neque potest Euchari-

fitia confici sub qualibet parua materia panis, & vini, quæ non sit apta ad vsum.

Respondetur negando consequentiam, quia Baptismus est sacramentum consistens in actione, & vsu abluendi consequenter in eo debet adhiberi tanta quantitas aquæ, quæ sufficiens sit ad abluendum.

Sacramentum verò Eucharistiæ non consistit primario in vsu, sed in esse permanenti, cum duplex sit finis materiæ sacramenti Eucharistiæ, proximus scilicet, & remotus. Finis proximus est, vt in ea contineatur Christi Corpus, consequenter ea materia sufficit, ad consecrationem, quæ sufficit, vt in ea contineatur corpus, vel sanguis Christi: cum autem sub qualibet parua quantitate contineri possit corpus, vel sanguis Christi sequitur, quamlibet paruam quantitatem sufficientem esse ad Eucharistiæ conficiendam. Finis verò remotus, & secundarius materiæ Eucharistiæ, est vsus, & sumptio Eucharistiæ, ad quem finem, licet aliqua parua quantitas non sit sufficiens, nihilominus est sufficiens ad primariû finem, & consequenter ad conficiendum sacramentum, ita *Valentia tom. 4. disp. 6. q. 2. punt. 2. versicul. alter finis, & versicul. denique*, ita etiam docet *Bonacin. loc. cit.*

Valent.

Bonac.

Præterea addo, quod licet species sacramen-

Occurrentibus in Missa. 153

mentales non sint potabiles ex modicitate earum, tamen possunt potari, saltem lambendo, vel suggerendo.

Sextò quæritur. Quanam genera frumenti comprehendantur, & quanam non comprehendantur sub nomine tritici.

R Espondetur, ex communi DD. sententia, teste *Bonac.* loc. cit. panicum, milium, auenam, lolium, far, & hordeum, non comprehendi sub nomine tritici, quia specie differunt à tritico. Selica verò, quam nos appellamus secalam, comprehenditur sub nomine tritici, & est materia huius sacramenti, quia non differt specie à tritico, nec aliud est secala, quam triticum aliquanto inferius ordinario tritico. Grauius tamen peccaret conficiens sacramentum in secala, nam vteretur materia dubia, cum secala secundum aliquos DD. teste eodem *Bonac.* loc. cit. non sit triticum, & est valdè, probabile secundum *Bonac.*

Bonac.

Bonac.

Septimò quæritur. Vtrum quilibet panis confectus ex tritico, sit materia sufficiens huius sacramenti.

R Espondetur affirmatiuè, his quatuor concurrentibus.

Primum est, vt adhuc denominetur panis,

nis, nam si alio nomine non cupetur non præsumitur materia apta, quia videtur aliã induisse naturam.

Secundum, vt fit confectus ex aqua naturali cum panis confectus ex aqua naturali propriè dicatur panis.

Tertium, vt fit coctus igne per modum affationis, vt in furno, aut sub cinere, aut ferro calido, aut alia simili ratione, quia panis, qui non est hoc modo coctus non est panis, nec propriè dicitur panis.

Quartum, vt fit præsens moraliter, & possit designari per particulam hic, & hoc alioqui forma non verificaretur; quantum ad supradictas quatuor condiciones supra explicatas omnes DD. teste *Bonac. tom. 1. disp. 4. q. 2. pun. 1. nu. 3.* conueniunt

Hinc

Primo sequitur panes dulcarios confectos scilicet ex melle, vel lacte, vel aqua rosacea, vel alio simili liquore in tanta quantitate, vt non amplius dicatur panis vsualis, sed dulcarius, mutato odore, & sapore non esse materiam sufficientem huius sacramenti. Si verò panis confectus sit ex aqua naturali, & illi sit admixta aqua rosacea, vel butyrum, &c. videndum est, vtum aqua rosacea, vel alia res aquæ permixta sit magnæ quantitatis, ita vt æquet, vel superet aquam naturalem, vel vtum sit modicæ, & exiguæ quan-

Bonac.

quantitatis; si est modicæ quantitatis, censetur adhuc materia sufficiens, quia modica quantitas trahitur ad naturam aliorum, quæ concurrunt, & non destruit rei naturam. Si verò sit magnæ quantitatis non est materia sufficiens, quia ex eiusmodi admixtione resultat tertium quoddam compositum distinctum à pane usuali, ita affirmant communiter DD. teste eodem *Bonac. loc. cit.* neminem in oppositum afferente.

Bonac.

Secundò sequitur pastam, laganam, & similia non esse materiam sufficientem huius sacramenti, ita DD. cit. à *Bonac. loc. cit.*

Bonac.

Tertiò, sequitur panem confectum ex farina tritici, & ex farina frumenti alterius speciei esse materiam aptam, si admixtio alterius farinæ, sit modica, ita ut triticeum adhuc prædominetur, si verò mixtio sit æqualis, ita ut reddatur medium quid inter panem triticeum, & alium panem, non est apta materia huius sacramenti, ut docent Doctores cit. à *Bonac. loc. cit.*

Bonac.

Quartò sequitur Amylon non esse materiam aptam huius sacramenti, nam quamvis amydon conficiatur ex tritico, tamen sit sine mola, & consequenter non redigitur in farinam, unde si in farinam redigeretur, & conficeretur ex aqua naturali, & igne coquatur, esset materia sufficiens, quia denominaretur panis triticeus, ita communiter

af-

- Bonac.** affirmant Doctores, teste *Bonac. loc. cit.*
 Quintò sequitur, tam panem fermentatum, quam azymum esse materiam aptam huius sacramenti, & hoc esse citra controverfiam; Sacerdos verò latinus, debet, & tenetur consecrare in azymis, Græcus verò in fermentato; Sacerdos latinus in Ecclesia Græca potest licitè conficere in fermentato, & Græcus in Ecclesia latinè etiam potest licitè consecrare in azymis, quilibet enim potest se legitimis consuetudinibus locorum accomodare, ita *Henriq. Sanchez, Suar.* & alij cit. à *Bon. loc. cit.*

Octavo queritur: Quanam sit materia remota sacramenti sanguinis?

- Bonac.** Respondetur, ex communi DD. sententia, teste *Bonac. tom. 1. disp. 4. q. 2. punt. 2. num. 1.* materiam remotam sacramenti sanguinis esse vinum ex vitæ, & colligitur clarè ex *Matth. c. 2. & Luc. c. 22. & Marc. c. 14.*

*Matth.
Luc.
Marc.*

Hinc

Primò sequitur sacramentum sanguinis confici posse, non solum in vino nigro, verum etiam in albo, est communis doctrina quia utrumque est vinum ex vitæ.

Secundò sequitur, mustum esse materiam aptam sacramenti sanguinis, quia verè est vinum, ut patet ex *c. cum omne de consecrat. dist. 2.*

stin. 2.

Sim. 2. Cauendum tamen est, ne mustum sit fœculentum, aut impurum, alioquin committeretur peccatum ex suo genere mortale contra reuerentiam tantò sacramento debitam.

Vinum verò, satis decoctum defrutum, siuè sapa non est apta materia, quia mutauit speciem, nec est propriè vinum, ita communiter DD. teste *Bonac.* loc. cit. neminem afferente in oppositum.

Bonac.

Tertiò, sacramentum sanguinis confici posse in vino miraculoso factò, quale fuit in nuptijs Canæ galileæ, nam verè ex aqua factum fuit vinum per vitæ, & vitis autorem, & perindè fuit, ac si ex vitæ naturali factum fuisset, vt rectè docet *Henriq. lib. 8. cap. 12. & alij.*

Henriq.

Quartò, acetum non esse aptam materiam huius sacramenti, nam acetum non est propriè vinum; vinum verò accescens est materia sufficiens quamuis peccet, qui vino accescente, quod scilicet est in via ad acetum vtitur extra necessitatem, & hoc est peccatum mortale, si vinum, ita vergat ad acetum, vt dubitetur, an sit verè acetum, vt communiter affirmant DD. teste *Bonacin.* loc. cit.

Bonac.

Quintò, agrestam non esse materiam aptam sacramenti sanguinis, quia non dum est vinum, sed est in via generationis ad vinum,

Bonac.

num, vt docent communiter DD. teste eodem, Bonac. loc. cit. cognoscitur autem esse vinum, quando id quod exprimitur ex vua est dulce, ita Angles, & alij DD. cit. Bonac. loc. cit.

Angles.
Bonac.

Sextò, aquam è vitibus effluentem non esse materiam aptam, quia non est vinum, ita DD. teste Bonac.

Bonac.

Septimò, vinum ex melo granato expressum, aut ceruisiam non posse consecrari, quia non est vinum vitis, ita communiter

Bonac.

DD. teste Bonac. loc. cit.

Octauò, vnam non posse cõsecrari, quia est ordinata ad comedendum, non autem ad potum, neque de hoc est dubitandum, quia in hoc conueniunt omnes Doctores.

Nonò, vinum congelatum posse validè consecrari, quia si species vini iam cõsecrata congelarentur, remanet sub illis sanguis, ergo etiam potest in vino congelato sacramentum constitui, quia adhuc est potabile saltem si liquefiat, ita communiter DD. teste Bonac. loc. cit. Secus dicendum est de vuis non dum expressis, vt supra dictum est;

Bonac.

Nonò quæritur. Vtrum necesse sit sub utraque specie consecrare.

Respõdetur primò, certimum esse apud Doctores non esse necessarium necesse.

cessitate sacramenti sub vtraque specie cōsecrare, alioquin Sacerdos qui haberet intentionem consecrandi hostiam, & non vinum, non consecraret quod est falsum cum hostia statim, ac cōsecrata est, populo proponatur adoranda antequam fiat calicis consecratio, ex quo patet, validam fore cōsecrationem calicis factam ante panis consecrationem, & è contra, sed graue sacrilegium committeret Sacerdos conficiendo sub vna tantum specie.

Respondetur secundo, necessarium esse necessitate præcepti conficere sub vtraque specie, scilicet panis, & vini.

Sed difficultas est, quo præcepto teneatur Sacerdos, quoties celebrat conficere sub vtraque specie diuino an ecclesiastico?

Respondetur, ex *Nauarr. c. 25. num. 91. & alijs. teste Bonac. to. 1. disp. 4. q. 2. pun. 3. n. 5.* esse præceptum ecclesiasticum quia dicunt isti Doctores, nō extare præceptum diuinū quod ex scriptura colligatur, immo habetur quod Christus cōmunicauit duos Apostolos euntes in Emaus sub vna tantum specie, & sub vna solum specie consecrauit, vt probabiliter inquit *Theophilus in Lucam, Chrysostomus, & alij.*

*Nauarr.
Bonac.*

*Theophil.
Chrysof.*

Sed probabilior sententia, teste eodem

Bo-

Bonac.

Bonac. loc. cit. est eorum, qui dicunt confi-
ciendam esse sub vtraque specie ex præce-
pto diuino, quia verba illa Scripturæ id in-
dicant, nēpè hoc facite in meā cōmemora-
tionē; cōmemoratio autē perfecta nō potest
fieri sine sacrificio, sacrificiū verò, non po-
test fieri sine consecratione vtriusque spe-
ciei, nam hoc sacrificium representat sacri-
ficium, & mortem Christi, in qua separa-
tus, & effusus fuit sanguis à corpore, non
potest autem integrè, & perfectè represen-
tari sacrificium Christi, nisi sub vtraque
specie fiat consecratio, & sacrificium, nam
si solum fiat in corpore Christi, non ex-
pressè significatur effusio, & separatio san-
guinis à Christo, & quidquid sit an Chri-
stus communicando Apostolos euntes in
Emaus sub vna tantum specie, solum con-
secrauerit speciem panis, & non vini, nihi-
lominus dici potest tunc hoc fecisse ex po-
testate excellentiæ, quandoquidem etiam
Christus ex eiusmodi potestate absoluit
Magdalenam à peccatis, non audiendo sa-
cramentaliter eius confessionem, & tamen
constat adesse præceptum diuinum de cō-
fessione, iuxta illud Scripturæ *Confitemini
alteratrum, &c.*

*Decimo quaeritur. Vtrum præceptum consecrandi
sub vtraque specie sit affirmatiuum, vel negati-*

uum?

num, seu utrum semper obliget, nam præceptum negativum semper obligat.

Respondetur, præceptum diuinum consecrandi sub utraque specie esse affirmativum, nam dantur aliqui casus, in quibus non extat obligatio conficiendi sub utraque specie, ut si Sacerdos consecrata hostia comperiat vinum in Calice esse veneno infectum, nec habeat copiam alterius vini, aut comperiat non esse vinum in calice, nec possit aliud inuenire, saltem sine magno scandalo, aut sine vitæ periculo, aut si Sacerdoti post consecrationem hostiæ immineat periculum vitæ prosequendo consecrationem calicis, nam tunc potest desistere à consecratione calicis, statimque consumpta hostia, fugere ad præcauendum vitæ periculum. ita communiter affirmant DD. teste Bonac. loc. cit.

Bonac.

Vndecimò quæritur. Utrum Sacerdos possit consecrare sub una tantum specie, quando quis comminatur ei mortem, etiam si hoc faciat ad communicandum infirmum.

Respondetur, ex Suarez tom. 3. 3. par. disp. 43. sect. 4. conclus. 1. hoc non posse fieri à Sacerdote, quia formaliter intenderet mutilum sacrificium facere, quod est intrinse-

Suarez.

L cè

cè malum, & cōtra præceptum negatiuum. Quamobrem aliud est aliquando derelinquere sacrificium bona fide inchoatum, aliud est inchoare sacrificium cum intentione derelinquendi, & non perficiendi.

Primum aliquando est licitum, vt supra dictum est, quia non intenditur violatio sacrificij, sed permittitur omissio præcepti. Secundum verò non est licitum, quia formaliter intenderetur mutilatio sacrificij, quod est peccatum intrinsecè matum. ita etiam affirmant DD. teste *Bonac.* loc. cit.

Bonac.

Sed ego teneo hoc posse fieri à Sacerdote euadendi causa mortem, modo absit scandalum, & comptentus fidei, & religionis, & ratio mihi est, quia conseruatio vitæ est de iure naturali diuino præceptum verò consecrandi sub vtraque specie, vel est Ecclesiasticum secundum multos Doctores à me citatos, vel saltem est præceptum diuinum purum, secundum probabiliorem sententiam Doctōrū, ergo præualere debet præceptum naturale diuinum quod est cōseruatio vitæ, illi puro præcepto diuino, quod est consecrare sub vtraque specie, nec consecrare sub vna tantum specie est intrinsecè malum, tum quia est tantum malum quia prohibutum, & non est ex natura rei, tum quia formaliter intentio Sacerdotis consecrantis sub vna tantum specie non debet

ten-

tendere ad faciendam illam consecrationem, quatenus est contra præceptum diuinum, sed quatenus tenetur conseruare vitam faciendò rem ex natura rei indifferentem, & licitam aliquando, vt supra dictum est, vt patet ex quæsito 9.

Confirmatur, præuia cōfessio mortalium ante susceptionem Eucharistiæ est præceptum diuinum, & nihilominus quando illa fieri non potest, nisi interueniente graui infamia sacerdotis, vel scandalo graui excusabitur ab illa, & tantum sufficit, vt eliciat actum contritionis ergo, &c. non reperi Doctorem pro mea sententia, tamen ratio. ita mihi persuadet, & idcirco prudentiori, ac doctiori iudicio me subijcio, nec intendo contradicere sensui Romanæ Ecclesiæ.

Decimosecundò queritur. Quid faciendum sit à Sacerdote si post perfectam consecrationem vtriusque speciei appareat mutatio in accidentibus sacramentalibus, puta si appareat caro, vel aliquis puer, & quid agendum sit quo ad vsum.

Respondetur, ex Suarez tom. 3. 3. partis, *Suar.*
disp. 55. quæst. 76. sect. 1. & 4. & alijs DD.
apud Bonac. loc. cit. non esse consumandas, *Bonac.*
sed conseruandas esse in loco decenti, & sacro quamdiu sunt sub tali forma; ratio est,

quia sub illa forma non possunt sine horrore sumi, & ita est cōsuetudo; Dixi quādiū sub tali forma sūt, quia si ad priorem formam redeant tunc consumi possunt, & est probabile non esse factam mutationem in speciebus, sed in oculis qua ratione colligitur. *D. Thom.* cit. à *Suarez* si immutatio appareat vni, & non alteri, posse species consumi: Verum si in aliqua parte nihil est mutatum, illud consumi potest, & satis erit ad perfectionem illius sacrificij; si autem nihil consumi potest corporis, & sanguinis non esse necessarium ex præcepto iterum consecrare, quia esset inchoare aliud sacrificium, non perficere, sed in duobus casibus opus est iterum consecrare.

S. Thom.
Suar.

Primus casus est, quando currit præceptum audiendi missam, & non adest alia Missa, vel currit necessitas communicandi infirmum constitutum in articulo mortis, & non adest alia hostia consecrata.

Secundus casus est, quando tantum in vna specie appareret talis immutatio, in hoc casu seruanda est illa species in loco decenti, & alia species esset consecranda vice illius ad hoc, vt perficiatur sacrificium, præuia oblatione saltem mente concepta, & deinde incipiendo à *Quampridie*, vel à *Simili modo*, iuxta speciem quam deficit, consecret Sacerdos.

De-

Decimotertiò queritur . Vtrum Summus Pontifex dispensare possit, ut sacramentum Eucharistiæ sub vna tantum specie conficiatur ?

R Espondetur, ex DD. cit. ab *Henriquet* *lib. 8. c. 13. nu. 1.* quos ipse sequitur hoc posse fieri, immo testatur de facto, iusta causa, fecisse *Innocentium VIII.* nempe, ut Sacerdos tantum in specie panis consecraret, ac Missam celebraret, & hoc fuit concessum ab *Innocentio VIII. anno 1490. Nouerianis,* & alij Doctores, teste eodem *Henriq.* loc. cit. id asserunt.

Sed communior sententia oppositum tenet, teste *Bonac. disp. 4. q. 2. pun. 3.* & negatur à *Suarez tom. 3. 3. p. d. 43. sect. 4.* aliquando Summum Pontificem dispensasse, ut sub vna tantum specie celebraretur.

Decimoquarto queritur. Quenam sit forma sacramenti Corporis.

R Espondetur, ex consensu omnium Doctorum formam sacramenti corporis esse, *Hoc est Corpus meum,* ut inquit *Florentinum in instructione armenorum,* neque de hoc est dubitandum, alia verba Canonis non esse de essentia corporis, sunt tamen necessaria verba Canonis necessitate præcepti, non autem sacramenti.

D. Tho.

Particula enim non est de essentia sacramenti corporis, cum omissio illius particulae non variet sensum, & illa particula fuerit apposita à Sancto Petro ad continuationem cum præcedentibus, nec Evangelistæ illius meminerint, vt docet D. Tho. 3.p. q. 78. art. 2. ad 5. & est communis Doctorum sententia, vnde omictetem prædictam particulam non grauer peccare, præciso contemptu, vt communiter docent Doctores, teste Bonac. tom. 1. disp. 4. punt. 1. fol. mihi 78.

Bonac.

Sed primò petes. An validè conficiatur sacramentum corporis quando verba consecrationis variantur.

Bonac.

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste Bonac. tom. 1. disp. 4. q. 3. punt. 1. non confici sacramentum, quoties contingit talis variatio, vt varietur sensus formæ, vt si dicatur, v. g. Hoc est Corpus Christi, vel hoc quod est panis, vel hic panis est corpus meum, nec confici sacramentum si dicatur, hoc sit corpus meum, vel illud est corpus meum, vel hoc corpus Christi est corpus Christi, nec validè etiam conficeret qui prætermitteret verbum est, dicendo accipite, & comedite hoc corpus meum; idem dicitur nempè inualidè confici sacramen-

mentum ab eo qui vteretur hac forma, ecce corpus meum . ita communiter affirmât DD. teste Bonac. loc. cit. nullo autore contradicente . Bonac.

Verum qui vteretur his sequentibus formis, validè conficeret sacramentum corporis, sed grauitè peccaret, vt si quis diceret hic cibus est corpus meum, vel hæc res est corpus meum, vel istud est corpus meum, vel hic est corpus meum, vel hic est corpus meus, vel hic est corpus meum, modò particula hic, non accipiatur aduerbialiter, sed loco pronominis; ratio est, quia subsistit adhuc eadem significatio quamuis errètur contra præcepta grammaticæ. ita DD. cit. à Bonac. loc. cit. Similiter validè conficeret sacramentum corporis, si quis diceret hoc est caro mea, cum in sacra Scriptura caro accipiatur pro toto homine, vel pro toto corpore hominis; nam dicitur, *Verbum caro factum est*, & alibi *Caro mea requiescet in spe*. Bonac.

Secundò petes. An solum hæc quatuor voces, hoc est Corpus meum, sint de ne necessitate, & essentia sacramenti Corporis.

Respondetur affirmatiuè, ex Suarez to. 3. *tertiæ partis, disp. 59. sect. 1.* & esse citra controuersiam nempe has quatuor voces, *Hoc est Corpus meum*, esse de necessitate, & essentia sacramenti corporis. Suar.

Tertiò petes. Quomodo sint vera verba formæ corporis Christi, siquidem non supponunt consecrationem factam; nam dicendo, hoc est Corpus meum, videtur iam esse prius factam esse consecrationem, & verba non esse effectiua transubstantiationis panis in Corpus Christi, quod est falsum.

Suar.

D. Thom.

R Espondetur, ex *Suar. tom. 3. 3. part. disp. 58. sect. 5. citant D. Thom. 3. p. q. 78. art. 5. ad 5.* hanc propositionem hoc est corpus Christi, tunc dici veram quando vltimum verbum quod profertur, absoluitur, puta meum, itaque illa verba præcedentia, cum subsequentibus propositionem faciunt veram, & licet causa debeat præcedere effectum, tamen sufficit, vt prioritate naturæ, non temporis præcedat effectum.

Præterea illud pronomé meum est quasi intrinsecum dictæ propositioni quia per instans in quo consumatur verbum vltimū, meum, verificatur quod sub accidentibus panis adsit corpus Christi, alioqui falsa esset eiusmodi propositio, si illud verbū meum, nihilefficeret, vel præsupponeret rem esse factam, nam verba consecrationis sunt factiua, non significatiua, vt ait *D. Thom. 3. par. q. 78. art. 5.*

D. Thom.

Quar.

Quartò petes. Quid significet pronomen hoc in consecratione Corporis, & hic, in consecratione sanguinis.

Respondetur, pronomen hoc, vel hic, secundum Bonavent. Ocham, & alios cit. à Suarez loc. cit. sed num. 58. designare panē; alij Doctores dicunt designare accidentia panis, & vini. alij dicunt designare pronomen hoc, corpus Christi, & hic sanguinem Christi Alensis maior, Marfilius, Gabriel, & alij cit. à Suarez loc. cit. pronomen hoc demonstrare corpus Christi, prout est sub accidentibus panis in termino prolationis verborum D. Thom. verò. 3. p. q. 78. art. 5. ad 1. & ad 2. dicit [quod dictio hoc, demonstrat substantiam: sed absque determinatione propriæ naturæ, nec demonstrat accidentia: sed substantiam sub accidentibus contentam, quæ primò fuit panis, & postea est corpus Christi, quod licet non informetur his accidentibus, tamen sub eis continetur.]

Bonav.
Ocham.
Suar.

Alensis.
Marfil.
Gabriel.

D. Thom.

Quintò petes. Quanam sit forma sanguinis.

Respondetur, ex D. Tho. 3. p. q. 78. art. 3. esse sequentia verba, hic est calix sanguinis mei novi, & æterni testamētum, mysterium fidei,

D. Thom.

fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, vt bene probat, & respondet ad argumenta pro cōtraria opinione, & præcipuè dicit, quod non obstat quod ab Euangelistis non fecerunt mentionem de eiusmodi forma, quia Euangelistæ non intendebant tradere formas sacramentorum, quas in primitiua Ecclesia oportebat esse occultas, vt dicit *Dionys. de caelest. hierarch.* sed intenderunt historiam de Christo tenere, supradicta forma habetur, ex traditione Apostolica secūdam illud *1. ad Corinth. 11. Ego enim accepi à Domino quod. & tradidi vobis.*

D. Dion.

1. Cor. 11

Suar.

Verum multi Theologi, teste *Suarez 10. 3. 3. par. disp. 60. art. 3.* dicunt sola illa verba, hic est sanguis meus, vel æquiualens, esse essentialia, substantialia, ac necessaria, atque adeò in solis illis esse vim effectricem huius sacramenti. ita *Magister in 3. dist. 8. Bon. maior, Aureolus, Caset. Marfilius, Vieti.* & alij cit. à *Suarez,* & vrgentissimum argumētum pro hac sententia sumitur ex Ecclesiæ consuetudine, & autoritate: quamquam enim Ecclesia Romana omnia illa verba eodem tenore proponat: quia in eis contineri formam certissimam est, tamen inde non fit, Ecclesiam Romanam sentire illa omnia esse de necessitate formæ, nam particula enim, eodem modo proponitur, & profertur, cum

Magist.

Bon. ma-

ior.

Aureol.

Caset.

Marfil.

Vieti.

Suar.

ta-

tamen certissimam sit non esse de substantia formæ.

Præterea omnes liturgiæ Græcorum omittant particulam æterni, & mysterium fidei, & eandem particulam mysterium fidei omittit Concilium Colonienſe part. 7. cap. 14. Aethyopes in sua Missa hac forma vtuntur, hic est Calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur, & pro redemptione multorum; dicere verò quod Græci non conficiunt sacramentum vtendo forma prædicta est plusquam temerarium, cum Ecclesia Romana non permicteret huiusmodi errorem intolerabilem in magna parte vniuersalis Ecclesiæ. Sed

Concil.
Colon.

Sextò petes. Vtrum graniter peccet, qui vtitur in consecratione calicis his solum verbis, hic est calix sanguinis mei, omiſſis alijs, quæ in Canone continentur.

Respondetur affirmatiuè, ex communi DD. sententia, teste Bonac. tom. 1. disp. 4. q. 3. punt. 2. tum quia facit contra præceptum, & ritum consecrationis in re graui tum, quia exponit periculo non consecrandi propter contrariam opinionem, & in materia sacramentorum via certior est eligenda, ne nos in periculo exponamus inualidè conficiendi sacramenta.

Bonac.

Pe-

Septimò petes. Vtrum Sacerdos debeat habere intentionem consecrandi ijs tantum verbis, hic est calix sanguinis mei, vel etiam alijs consequentibus.

Bonac.

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste *Bonac.* loc. cit. ad euitandos scrupulos in hac materia Sacerdotem debere se remittere intétioni Ecclesiæ, & Christi, hoc enim pacto validè conficiet, cum nihil desit ad integritatem sacramenti: ex his.

Bonac.

Colligi potest si detur casus, vt celebrâs moriatur finitis illis verbis, hic est calix sanguinis mei, calicem consecratum adorandum esse sub conditione. ita DD. cit. à *Bonac.* loc. cit.

Octauò petes. Vtrum valida sit consecratio calicis quando contingit variatio in verbis formæ.

Respondetur, inualidam esse quoties sensus verborum substantialiter variatur. Secus si accidentaliter varietur. Hinc

Bonac.

Primò, patet validam esse consecrationem, quâdo quis dicit hic est sanguis meus, ita DD. teste *Bonac.* loc. cit.

Secundò, validam esse consecrationem si

Sacerdos vtatur hac forma hic est calix nouum testamentum in meo sanguine. ita

DD. teste eodem *Bonac.* quam formam alias adhibitum fuisse in Hispanijs testatur *Henriquet* cit. à *Bonac.*

Bonac!
Henriq.

Nonò petes. Quando nam incipiat esse corpus Christi sub speciebus, & desinat esse.

R Espondetur primò, ex *D. Thom. 3. par. q. 78. art. 6.* & est communis DD. sententia. teste *Bonac. tom. 1. disp. 4. quest. 3. punt. 6. §. 3. num. 1.* & non citat autorem contradicentem, quod corpus Christi incipit esse sub speciebus in eo instanti, in quo cõpletur significatio verborum consecrationis. idem dicendum est de Christi sanguine in consecratione calicis. ita *D. Tho. 3. par. art. 4. ad 3.*

D. Thom.

Bonac.

D. Thom.

Respondetur secundò, ex *D. Tho. 3. p. q. 80. art. 3.* cum omnium DD. sententia etandiu conferuari corpus Christi, vel sanguinem in sumente, quandiu conferuaretur panis, vel vinum si sub illis speciebus existeret; manifestum est autem, quod substantia panis assumpta ab homine, non statim esse desinit, sed manet quandiu per calorem naturalem digeratur, ergo etiam species sacramentales manent in homine, & consequenter corpus, & sanguis Christi, quandiu per calo-

D. Thom.

calorem naturalem digeriretur substantia panis, & vini, si esset sub illis speciebus panis, & vini. Ex his

Colligitur primò corpus Christi desinere quando vermes ex speciebus generantur, sicut etiam sanguis Christi desinit esse sub speciebus vini, quando per admistionem alterius liquoris, specie distincti corrumpuntur, vel quando species vini permiscentur cum alio humore, vt posita tali mistione, substantia vini nõ remaneret, si vinum sub illis speciebus existeret. Ex opposito sanguis Christi non desinit esse sub speciebus, quando posita tali mistione substantia vini sub speciebus adhuc remaneret. Sed

Decimo petes. Si gutta specierum vini cõsecrata miscetur cum alio vino non consecrato, an desinat sanguis Christi sub illa gutta.

Bonac.

Respondetur, ex communi DD. sententia teste Bonac. loc. cit. sed nu. 6. negativè, nempe non desinere sanguinem Christi esse sub illa gutta consecrata specierum quia per eiusmodi missionem substantia vini non corrumpetur, sed potius cõservaretur, si mistio fieret cum vino eiusdem speciei.

Sed

Sed difficultas est, utrum sanguis Christi desinat esse sub speciebus, quando species vini miscentur cum vino alterius speciei, puta albi cum nigro.

Antequam Respondeam.

SCiendum esse inter Doctores adesse cō-
strouersiam, an vinum album specie
differat à nigro. His positis.

Respondetur, ex omnium sententia DD.
teste *Bonac.* loc. cit. siuè vinum album specie
differat à nigro, siuè non, desinare Christum
esse sub speciebus, quando species. ita mi-
sceantur cum vino alterius speciei, vt noua
substantia producat, vt accidit quando
species vini consecrati, misceatur in magna
quantitate vini non consecrati. Sed

Bonac.

*Quid faciendum sit de vino in quod gutta specierum
vini consecratarum immissa est, puta in dolio
eiusdem speciei vini non consecrati.*

Respondetur, ex *Henriquez, Soto, & alij* *Henriq.*
cit. à *Bonac.* loc. cit. posse laicis prebe- *Bonac.*
ri, quia eiusmodi gutta haberi potest
prò non immissa, cum ignoretur quænam
illa sit, addo ego tunc preberi posse laicis
ad bibendum quâdo moraliter species vi-
ni consecrati censeatur esse conuersa in
substantiam vini non consecrati, *Suar.* ve-

ro

Suar.

Bonac.

rò cum alijs DD. à Bonac. cit. dicunt huiusmodi vinum seruandum esse ad pios vsus alioqui fieret contra reuerentiam speciebus consecrati debitam.

Vndecimo petes. An immediate post sumptionem Eucharistiae liceat comedere?

Enriq.
Soto.
Bonac.

Respondetur, ex Henriquez, Soto, & alijs cit. à Bonac. loc. cit. non extare præceptum cum vsu receptū sit apud Religiosos, vt qui vltimam Missam celebravit statim accedat causa prædij ad mensam, Verum nō negatur, quod melius fieret si non comederetur à communicante, donec species alterarentur, & corrumpèrentur.

Colligitur, quod quando apparet miraculose caro, vel puer in speciebus panis, & remanent in sacramento dimensiones, quæ prius erant tunc etiam adesse, & in eo contineri corpus Christi, vt rectè ait D. Thom. 3. p. 9. 76. art. 8. quid verò faciendū sit à Sacerdote celebrante quando eiusmodi apparitiones contingunt, dictum est supra quæ sito vndecimo.

D. Thom.

Duodecimo petes. An cū generantur vermes ex accidentibus noua materia creetur, an veniat illa prior quæ erat sub speciebus panis, & desinit ex vi verborum consecrationis.

Re-

Respondetur, ex *D. Thom.* 3. p. 9. 77. artic. 5. non creari nouam materiam panis, & vini, nec venire priorē materiam, quia in hoc sacramento non est assignandum aliud miraculum, nisi quod fit ex consecratione, & idcirco, ait *D. Thom.* loc. cit. [quod species sacramentales fiunt primum subiectum formarum subsequentium, & ideo quidquid posset generari ex materia panis, si adesset, totum potest generari ex quantitate dimensiuā panis, vel vini: non quidem nouo miraculo, sed ex vi miraculi prius facti, itaque quantitas dimensiuā supplet vicem materiæ, retinent, tamen accidentia panis, & vini naturam propriam, & accipiunt miraculosè vim, & proprietatem substantiæ.] Hinc

D. Thom.

D. Thom.

Colligitur, ex *D. Thom.* loc. cit. sed artic. 6. quod species sacramentales etiam nutrire possunt, nam quemadmodum ex speciebus sacramentalibus aliquid generari potest, ut dictum, ita etiam, & nutrire.

D. Thom.

Q V A E S T I O I.

An in Ecclesia polluta possit dici Missa, & quos modis polluat Ecclesia?

Respondetur primò, non posse fieri sacram in Ecclesia polluta si pollutio

M

fit

Layman.

fit publica, iuris, aut facti notitia, ita communiter affirmant DD. teste *Layman de sacrificio Missæ tract. 5. cap. 5. nu. 81*. Si verò celebretur Missa in Ecclesia polluta quando factum est publicum notitia iuris, aut facti culpa mortalis committitur, quamvis nulla propterea censura contrahatur, ita DD.

Layman.

asserunt teste *Layman loc. citat. sed num. 6.*

Respondetur secundò, quinque modis Ecclesiam violari, primo, per iniuriosam sanguinis effusionem, ut patet ex *cap. proposuisti, c. ult. de consecratione Ecclesiæ*. Necessè autem est, ut percussio, seu vulnus infligatur homini existenti in Ecclesia, non super tecto, aut in turri, aut subtus spelungam Ecclesiæ. Unde si sanguis non intus, sed foris, seu extra Ecclesiam, vulneratus in Ecclesia effundat, etiam censebitur Ecclesia violata,

Layman.

ut rectè probat *Layman loc. cit.* quia etiam peccatur contra sanctitatem loci. Præterea necessarium est ad hoc, ut violata censeatur Ecclesia, ut primo effusio sanguinis procedatur à culpa mortali, ita ut, qui infligit vulnus mortaliter peccavit, ut notavit *Henriquetz l. b. 9. c. 25. nu. 5. & Suarez tom. 3. part. dispul. 81. sect. 4.* Unde colligit idem *Suarez loc. cit.* quod si percussio non pertingat ad culpam mortalem, etiam si contingat copiam sanguinis effundi, nõ violari Ecclesiam. Sed

Henriq.**Suar.****Idem.****Suar.**

Dices

Dices an violetur Ecclesia si iudex intus Ecclesiam faciat aliquem suspendere; ratio dubitandi est, quia actio non est peccaminosa, quia supponimus iudicem iuste ad mortem eum damnasse.

Respondetur, ex *Suarez* loc. cit. violari Ecclesiam, quia licet actio sit iusta nimirum, quia reus est dignus morte, tamen sit iniuria, tum reo, tum Ecclesiae, reo quia habet ius, ut ne in tali loco patiatur violentiam, Ecclesiae propter reuerentiam erga quam quiuis exhibere debet. Sed

Petes primo. An violetur Ecclesia si factum sit occultum, & progressu temporis sit publicum, notitia facti, vel iuris.

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste *Suarez* loc. cit. Ecclesiam, numquam violari, quandiu delictum est occultum, ut supra dictum est, & licet tradatur haec doctrina de effusione seminis, quia frequentius in illo accidere potest, tamen DD. teste *Suarez*, extendunt etiam ad effusionem sanguinis, & ad omnem alium casum, qui potest esse occultus; dicitur delictum publicum notitia iuris quando iuridicè delictum probatum est per iuridicam confessionem, vel sufficientem proba-

tionem, dicitur verò delictum evidentiã facti, quando sufficiens notitia illius communiter in plebe, aut in parochia habeatur. Vnde si delictum coram duobus sit factum in Ecclesia, & illi duo taceant non violatur Ecclesia, quandiũ illi taceant, tamen si post aliquod tempus illi publicè prodant delictum ex tunc incipere Ecclesiam esse pollutam, ex quo delictum incipit esse publicum, vt ait *Navarr. cit. à Suarez loc. cit.* sufficit ergo publica notitia, vel sufficiens testimonium morale, vel talia indicia, quæ testibus æquiualeant, & moralem certitudinem efficere possint. Sed notanda est celebris doctrina *Suarez tom. 3. 3. par. disp. 81. sect. 4.* qui dicit probabile esse post decretum Concilij *Constantiensis*, in præsentī casu non sufficere quamcunque notitiam delicti donec per sententiam iudicis declaratum sit Ecclesiam illam esse pollutam, sicut Ecclesia nunc non est interdicta, vt obligemur abstinere, & interdictam seruare, donec per iudicis sententiam censura interdicti publicè denunciata sit, pollutio verò Ecclesiæ est quoddam interdictum, vt significant *Paludan. & Sylu. cit. ab eodem Suarez loc. cit.* ergo meritò censi potest comprehensa sub illa decreto Concilij *Constantiensis*, & ita docuit grauis Theologus *Dominicane familie, Salmanticae*. Sed re vera est valde

Navarr.
Suar.

Suar.

Palud.
Sylu.
Suar.

incertum, nam Ecclesiæ pollutio impropijssimè inter censuras numeratur, non enim est propriè interdictum, vt colligitur planè, ex *cap. is: qui iunto S. is verò de sentent. ex. com. in 6.* Sed mihi videtur, saluo meliori iudicio, esse probabilem sententiam *Suarez*, & in praxi tutâ in vno casu, quando à principio fuit delictum occultum, & progressu temporis fit publicum, nimirum tunc indigere sententia iudicis ad hoc, vt censeatur Ecclesia esse polluta, alioqui daretur ansa multis scrupulis in iudicando quando delictum fuit factum publicum, & consequenter nunquam in tali Ecclesia celebrari posset sine scrupulo, ac morali certitudine, an delictum occultum, adhuc sit occultum, an fuerit factum publicum, quando verò à principio fuit publicum delictum. Dico non esse opus declaratione Episcopi, nempe quod Ecclesia sit polluta, quia iam usu receptum est, statim Ecclesiam censi pollutam absque alia declaratione, & statim reconciliari, & hæc est quotidiana praxis à qua non est recedendum, alioqui daretur scandalum si contra fieret, nempe si absque reconciliatione Ecclesiæ propter delictum commissum in Ecclesia cum multa effusione sanguinis, &c. sacrum fieret absque reconciliatione.

tionem, dicitur verò delictum euidentiã facti, quando sufficiens notitia illius communiter in plebe, aut in parochia habeatur. Vnde si delictum coram duobus sit factum in Ecclesia, & illi duo taceant non violat Ecclesia, quandiù illi taceant, tamen si per aliquod tempus illi publicè prodant delictum ex tunc incipere Ecclesiam esse pollutam, ex quo delictum incipit esse publicum, vt ait *Navarr. cit. à Suarez loc. cit.* sufficit ergo publica notitia, vel sufficiens testimonium morale, vel talia indicia, quæ iustis æquiualeant, & moralem certitudinem efficere possint. Sed notanda est celeberrima doctrina *Suarez tom. 3. 3. par. disp. 81. sect. 1.* qui dicit probabile esse post decretum Concilij *Constantiensis*, in præsentis casu non sufficere quamcunque notitiam delicti donec per sententiam iudicis declaratum sit Ecclesiam illam esse pollutam, sicut Ecclesia nunc non est interdicta, vt obligemur: continere, & interdictam seruare, donec per iudicis sententiam censura interdicti publicè denunciata sit, pollutio verò Ecclesie est quoddam interdictum, vt significat *Paludan. & Sylu. cit. ab eodem Suarez loc. cit.* ergo merito censi potest comprehendi sub illa decreto *Concilij Constantiensis*, & docuit grauis Theologus *Dominicanæ milie, Salmanticæ*. Sed re vera est va-

Navarr.
Suar.

Suar.

Palud.
Sylu.
Suar.

incertum, nam Ecclesiæ pollutio impropijsimè inter censuras numeratur, non enim est propriè interdictum, vt colligitur planè, ex *cap. is: qui iunto S. is verò de sentent. ex. com. in 6.* Sed mihi videtur, saluo meliori iudicio, esse probabilem sententiam Suarez, & in praxi tutà in vno casu, quando à principio fuit delictum occultum, & progressu temporis fit publicum, nimirum tunc indigere sententiâ iudicis ad hoc, vt censeatur Ecclesia esse polluta, alioqui daretur ansa multis scrupulis in iudicando quando delictum fuit factum publicum, & consequenter nunquam in tali Ecclesia celebrari posset sine scrupulo, ac morali certitudine, an delictum occultum, adhuc sit occultum, an fuerit factum publicum, quando verò à principio fuit publicum delictum. Dico nõ esse opus declaratione Episcopi, nempè quod Ecclesia sit polluta, quia iam vsu receptum est, statim Ecclesiam censerì pollutam absq; alia declaratione, & statim reconciliari, & hæc est quotidiana praxis à qua non est recedendum, alioqui daretur scandalum si contra fieret, nempè si absque reconciliatione Ecclesiæ propter delictum commissum in Ecclesia cum multa effusione sanguinis, &c. sacrum fieret absque reconciliatione.

Pars secundò. An solum Ecclesia consecrata, vel benedicta possit violari.

Respondetur, ex Henriquez lib. 9. cap. 27. num. 5. Ecclesia si non sit consecrata, aut benedicta non violatur, vt est oratorium quod est ab Episcopo designatum, vnde, vt bene notat Sanchez cum communi DD. sententia lib. 9. de marim. disp. 15. nu. 39. oratoria fundata in domibus priuatis non esse loca religiosa, nec Ecclesie nomine comprehendi, quia possunt ad nutum fundatoris ad profanos vsus redire, quãquam ex Episcopi licentijs celebretur, vt recte colligitur ex c. fin. de cõsib. vbi deciditur oratoria priuata non subesse episcopi potestati quoad ius visitandi, & bene concludunt DD. teste Sanchez loc. cit. oratoria priuata tamquam profana non gaudere immunitate Ecclesie, & consequenter copulam habitam in supradictis oratorijs, non esse sacrilegam, quamuis sit fornicaria, nec pollui oratorium ex dicta copula, ita vt sit opus benedictione, aut reconciliatione, ad hoc, vt possit iterum celebrari.

Sed difficultas est de Ecclesijs Xenodochiorum, atque Eremitariorum, quæ consecratæ, aut benedictæ non sunt, at auctoritate Episcopi sunt erectæ, & ad

cul-

cultum diuinum destinatae an nomine Ecclesiae, ac loci sacri comprehendantur.

R Espondetur, ex communi DD. sententia. teste Sanchez loc. cit. disp. 15. nu. 39. dici loca sacra, & nomine ecclesiae comprehendendi, quia haec gaudent immunitate ecclesiae, nec ad vsus profanos redire possunt, quia ait Sanchez, semel Deo dicatum ad profanos vsus redire non debet, & consequenter copulam habitam in illis locis esse sacri legam, & per illam, ecclesiam violari, ita vt sine reconciliatione celebrari non possit.

Sanchez.

Sanchez.

Quid dicendum si de autoritate Episcopi minime constet, nimirum an sint erectae autoritate Episcopi, & ad cultum diuinum destinatae.

R Espondetur, ex communi DD. sententia teste Sanchez lib. 9. disp. 15. n. 39. non sufficere, vt hospitale vocetur nomine alicuius sancti, ibique esse campanam, & celebretur de licentia episcopi, sed oportere ibi Cymbalum esse super tectum erectum, publiceque pulsari, id enim in oratorijs priuatis esse nequit, vt docent DD. teste eodem Sanchez loc. cit. iisdem DD. dicunt si ibi publice celebretur omnibus indifferenter ad diuina audienda admissis, nempè in dubio praesumi esse erectum illum locum autori-

Sanchez.

Sanchez.

tate Episcopi, & consequenter gaudere immunitate, & copulam fornicariam esse sacrilegam, & per illam Ecclesiam violari.

Peto tertio. An cœmeterium ab Episcopo benedictum reputetur locus sacer, ita ut copula in dicto loco sit sacrilega, & indigere reconciliatione, antequam aliquis in illo loco sepeliatur.

Sanchez.

Respondetur, ex communi DD. sententia, teste Sanchez loc. cit. affirmatiuè, nempe reputari locum sacrum, & copulam fornicariam esse sacrilegam, & per illam violari cœmeterium, & indigere reconciliatione ad hoc, ut aliquis possit in illo loco sepeliri.

Corduba.

Sanchez.

Claustrum Religiosorum, idest spatium illud inter parietes, & columnas sub fornibus constitutum, ab atrioque distinctum externo si benedicta sint, Religiosisque sepeliendis destinata comprehendit nomine loci sacri, ita Cordub. cit. à Sanchez loc. cit.

Corduba.

Henriq.

Cætera Religiosorum habitacula, ac officina, quamuis ecclesiastica immunitate gaudeant, minimè tamen dici loca sacra, quæ sanguinis, aut seminis effusione violentur, aut reconciliatione indigeant, aut hæc sacrilega reddant, quia nec Episcopi benedictionem, nec ad diuina deputacionem habent. Addunt Corduba, & Henriquez cit.

cit. à Sanchez loc. cit. id esse verū licet Prior
 Conuentus singulis noctibus benedicebat
 dormitorium, & aqua lustrali aspergebat, &
 Corduba benè ait, dicit Sanchez, etiam si fit al-
 tare ad celebrandum ibi constitutum, quia
 reputabitur, tunc, vt priuatum oratorium.

Sanchez

Corduba

Sanchez

*Petes quarto. An sacrestia dicatur locus sacer, ita
 vt copula in illo loco habita sit sacrilega.*

R Espondetur, ex Sanchez lib. 9. de matrim.
 disp. 15. nu. 30. negatiuè nempè copu-
 lam habitam in sacrestia, non esse sa-
 crilegam, quia sacrestia non est locus depu-
 tatus, neque ad perfoluenda diuina officia,
 neque ad celebrandum sacrum, sed tantum
 ad custodiam sacrarum vestium. ita etiam
 affirmat Layman tract. 5. c. 5. de sacrificio Missæ.

Sanchez

Layman

*Petes Quinto. An camera Ecclesie adherentes di-
 cantur sacra, ita vt copula in illis habita sit sacrilega.*

R Espondetur, ex communi DD. senten-
 tia, teste Sanchez lib. 9. de matrim. disp. 15.
 num. 29. & 30. non esse sacrilegam co-
 pulam habitam in cameris Ecclesie adhe-
 rentibus, nec in turri, vbi cymbala Ecclesie
 collocantur.

Sanchez

Pe

Petes sextò . An copula habita in Ecclesia destructa sit sacrilega, vel effusio sanguinis .

Sanchez.

Respondetur primò, ex cõni DD. sententia. teste Sanchez loc. cit. sed nu. 37. non esse sacrilegam copulam habitam in ecclesia destructa si autoritate superioris destructa sit, & tunc posse etiam extrahi reum absque licentia superioris, quia iam non gaudet amplius immunitate. Verum si diruatur autoritate superioris adhuc finem, vt iterum edificetur in eodem loco gaudebit immunitate .

Laym m.

Respondetur secundò, ex communi Doctorum sententia, teste Layman de sacrificio *Missa tract. 5. cap. 5. nu. 8. tom. 4.* violari Ecclesiam per homicidiũ iniuriosum notorium, quod vel cuius causa intra ecclesiam perpetratum est, quamuis sine sanguinis effusione. Necessè enim non est, vt homo intra ecclesiam moriatur, immo hoc ad rem non pertinet: quia si foris, percussus intro se reciperet, & moreretur, ecclesia non pollueretur, sed solum requiritur, vt aliquis non sine iniuria mortali intra ecclesiam plagam acceperit, ex qua postea, quamuis pluribus mensibus intercedentibus, mortuus sit .

Respondetur tertio, ex communi DD. sen-

sententia, teste *Layman* loc. cit. violari ecclesiam per illicitam, & notoriam effusionem humani seminis intra ecclesiam, vt patet, ex *c. ult. ult. de consec. Ecclesie, & c. ecclesijs d. de consecratione*, siue ea fiat per voluntariam pollutionem, siue per carnalem copulam. Sed

Petes septimò. An per coniugalem copulam polluetur ecclesia, puta si publicè sciatur in ecclesia coniuges exercuisse matrimonium.

R Esponderetur, ex DD. quos citat *Sanchez Sanchez* de *matrim. lib. 9. disp. 15. nu. 12.* per copulam coniugalem publicam habitam in Ecclesia non pollui ecclesiam, in hoc sensu, nempe quod publicè sciatur coniuges in ecclesia exercuisse matrimonium, sed occultè, & honesto modo, dummodo per longum tempus illic morati sint, & hoc publicè sciatur; ratio est, quia omnes DD. dicunt esse licitam copulam coniugalem in ecclesia, quando per longum tempus illic habitent, & consequenter nō committitur peccatum, ergo non fit iniuria loco sacro, ergo non debet pollui ecclesia, cum ex communiter accidentibus diu quis non potest esse continens; Neque obstat quod in aliquibus coniugibus non adsit hoc periculum, cum lex tendat ad ea, quæ frequenter accidit, & consequenter etiam dictis continen-
tibus

tibus est licita copula coniugalis in ecclesia quando diù morati sunt in ecclesia, Neque est opus, vt vterque coniux morentur diù in ecclesia, sed satis est, vt vnus coniux habitet in ecclesia. Neque est opus, vt expectetur longum tempus ad hoc, vt possit esse licita copula coniugalis, sed statim potest quis habere rem cum sua vxorem quando moraliter scit in ecclesia per longum tempus moraturum esse.

Peter octauò . Quod sit longum tempus ad huc effectum, nempe ad hoc, vt sciatur, quando in Ecclesia potest esse licita copula coniugalis.

*Suar.
Pet. Led.
Sanchez.*

Respondent, *Suarèz, & Petrus Ledesma* cit. à *Sanchez* loc. cit. breue tempus esse si vna, vel alia die intra ecclesiam, coniuges maneat, sed *Sanchez* non credit intentionis eorum esse, vt existimant quinque, aut sex dies reputari longum tempus. Quia nõ est, ita difficile sex diebus continere. Vnde ait *Sanchez* loc. cit. quod attenda communi hominum fragilitate, vnum mensem esse longum tempus; sed hic casus raro eueniet, quia semper sunt in ecclesijs cubila adherentia, & turres, quæ nomine loci sacri minimè includuntur, quoad actum conjugalem exercendum.

Sanchez.

Addo ego quod dato, quod non sit alius locus,

locus, nisi ecclesia, & licet sit brevis habitatio in ecclesia potest esse licita copula conjugalis in ecclesia, statim quando coniuges, vel alter coniugum, nisi exercerent matrimonium, subirent periculum peccandi, vt clarè colligo, ex DD. cit. à Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 15. nn. 12.

Sanchez.

Petes nono. An quando violatur ecclesia censetur violatum cœmeterium.

Respondetur, ex communi DD. sententia, teste Layman de sacrificio Missæ tract. 5. cap. 5. num. 11. affirmatiuè, nempe cœteri violatum cœmeterium, si contiguum est, ac proinde in eo nemo sepeliri debeat antequam reconciliatum sit quia principale, quod est ecclesia trahit ad se accessorium quod est cœmeterium. Contra verò violato cœmeterio vno ex illis modis in quibus violatur ecclesia, vt supra dictum est, non idè ecclesia censetur violata, quia minus dignum, quod est cœmeterium, non trahit ad se maius dignum, quod est ecclesia, vt habetur in c. vn. de consecrat. ecclesie in 6. Monet autem Durandus in rationali lib. 1. c. 6. quem sequitur Layman loc. cit. quod si cœmeterium per accidens, seu accessoriè violatur propter ecclesie violationem: reconciliata ecclesia, accessoriè etiam reconciliatum

Layman.

Layman.

cum censeri cœmeterium, vt alia reconcili-
atione non indigeat.

*Potes decimo. Quando ecclesia amittit consecratio-
nem, vel benedictionem, ita vt in ea non possint
celebrari Missæ, antequam iterum consecretur,
vel benedicetur ab Episcopo.*

Layman. **R**espondetur, ex communi DD. senten-
tia teste Layman loc. cit. sed n. 14. & 15.
& 16. in duobus modis, amittere ecclesiam
consecrationem; Primus est, si ecclesiæ pa-
rietes incendio, ita absumantur, vt omnis
crusta, vel secundum maiorem partem au-
feratur: licet parietes non corruant, quia
consecratio potissimum consistit in exte-
rioribus crustis: cum fiat per cruces, & lini-
tiones: consequentur si parietes igne absu-
mantur, & de crustentur, licet non corruât,
amittitur, consecratio.

Alter casus est, si ecclesiæ parietes secun-
dum maiorem partem destructi sint, seu
corruerint tunc amittitur consecratio.

Secus dicendum est, si minor pars eccle-
siæ corruat, & reedificetur alia, nam minor
pars edificationis ecclesiæ non consecratur,
vnita ecclesiæ consecrata, ipsa accessione
censetur acquirere consecrationem à toto
corpore sicut notatur expressè in *Glos. mar-
ginali ad cap. de fabrica dist. 1. de consec.*

Ea-

Eadem est ratio si ecclesia, siuè secundum longitudinem, siuè secundum latitudinem ampliatur.

Quare hæc solet esse praxis episcoporum, ut si murorum noua accessio ecclesiæ alicui facta sit, metiatur, num pars ea, quæ accessit, reliquam corpus magnitudine superet, nec ne: si superat, tunc adhibent nouam consecrationem: si non superat, aspergunt eam aqua benedicta, iuxta *Glos. in cap. proposuisti.*

Quid dicendum, si minores partes parietum per temporum interualla corruant, & reficiantur, ita ut nunquam maior parietum pars simul destructa sit, utrum nihilominus ecclesia execrata censeri debeat.

Respondetur, ex *Glos. c. de fabrica Sylu 5. consecrat. 2. q. 3. Suarez p. 3. tom. 3. disp 81. sect. 4. Nauarr c. 27. nu. 258. & alijs quod ecclesia successiuè reparata non est iterum consecranda, tum quia moraliter censetur eadem ecclesia, tum quia si hodie vnus paries destructus sit, & intra octo dies, v. g. reparatus, nouus paries accessione ad totum sacrabitur: nam sacrum si maius sit, trahit ad se non sacrum, ut ait *Glos. in cap. si motum, verb. autare de consec. Ecclesia*, itaque si tota ecclesia per temporum interualla secundum*

par-

*Sylu.
Suarez.
Nauarr.*

partes suas deiecta, & nouiter ædificata sit,
non ob id est iterum consecranda.

*Sed dubium est, si ex intentione renouãdi Ecclesiam,
unus paries post alium successiuè destruat, &
ædificetur, utrum ecclesia execrata censeri debeat.*

Navarr.

Respondetur, ex *Navarr. cap. 27. nu. 258.*
probabilius esse, non execrari eccle-
siam etsi omnes parietes renouentur:
modo non omnes, aut maior pars eorum
simul deiecti sint, sed *Panormit. cit. à Layman*
loc. cit. quem ipse sequitur dicit tali casu ec-
clesiam iterum consecrandam esse.

**Panorm.
Laym.**

Respondetur ad secundam partem
petitionis decimæ puta quando ecclesia
est tantum benedicta quomodo amittit
benedictionem, & dico quod benedictio
templi, aut cœmeterij non amittitur de-
structis, aut combustis parietibus, cum e-
solo inherere censeatur quod semper idem
manet, vt nauit *Sylu. ver. consecratio 2. q. 4. &*
Suar. tom. 3. 3. p. sect. 4.

**Sylu.
Suar.**

Laym.

Sanchez.

Si tamen ecclesia diruta sit sine spe reedi-
ficationis, amittit priuilegia loco sacro cõ-
cessa, vt docent *Layman loc. cit. & Sanchez*
de matrim. lib. 9. disp. 15. nu. 37.

Petes decimoprimo. Quod discrimen sit inter pollu-
tionem ecclesie, & execrationem.

Re-

R Espondetur, ex DD. citat Layman tract. *Layman.*
5. de sacrif. Missæ c. 5. nu. 17. quod polluta ecclesia polluuntur etiam altaria omnia, quæ in ea fixa sunt: quemadmodum viceversa, altare pollui non potest, quin etiam corpus ecclesiæ violatum censeatur, at verò si ecclesiæ excretur, combustis, aut corruentibus parietibus, vt denuo consecrari debeat: non ideo etiã altaria consecratione, vel reconciliatione aliqua indigent: sicuti, & viceuersa altare per fractionem enormè execratur, seu execrationè amittit, sine execratione ipsius ecclesiæ. ita *Abbas in cap. Abbas.*
proposuisti de consecrat. Ecclesiæ, vel Altaris, & Sylu.
Sylu. v. Altare q. 11.

Quæstio prima. Quæ sunt necessaria ad celebrandam Missam.

R Espondetur, ex communi DD. sententia, teste Layman de sacrificio Missæ tract. *Layman.*
5. cap. 6. tom. 2. ad offerendum Missæ sacrificium. Primò, necessariû est altare quod sit lapideum, atque ab Episcopo cõsecratum: Verum sufficit, vt superior altaris pars, super qua calix cum patena ponitur lapidea, & consecrata sit. Quamuis etiam scrupulosè sollicitum esse non oportet, vt calix, & patena secundum omnes sui partes super lapide sacro consistant: sufficit enim, si
 N ma-

maior eorum pars posita sit, sicut docet Suarez cit. ab eodem Layman loc. cit.

Suar.

Layman.

Altare verò lapideum duplex est vnum mobile, seu portatile, quod etiam viaticum dicitur, vt patet ex cap. .vlt. de privileg. in 6. alterum fixum, ac stabile, quod alicui loco, seu basi, calce aliouè modo affixum est.

Discrimen autem est inter hæc altaria, quod illud per se cōsecratur: hoc verò quatenus basi affixum est; Ex quo

Sequitur, quod mobile altare consecrationem non amittat, etsi à ligno cui inclusum est, separetur, vt docent DD. & Canonista,

Layman.

teste Layman.

Excipe, nisi in ligno sigillum, seu locus reliquiarum inclusus sit: tunc per amotionem ligni à lapide videtur exsecrari altare portatile, altare verò fixum consecrationem amittit, si lapis, seu mensa consecrata ab inferiore structura remoueat.

Illud verò commune est tùm altari mobili, tùm fixo consecrato, vt cōsecrationem amittat fractione notabili, id est tanta, vt in nulla integra parte altaris calix cum patena, moraliter rem æstimando consistere possit, vt docent DD. & præcipuè Henriquez lib. 9. c. 28. nu. 1.

Henriq.

Itaque si in altare capere potest patena cum corporale etiam si in alijs partibus alijs partibus altaris sit fractura, non ob id amittitur consecratio.

Idem

Idem dicent DD. teste *Layman* tract. 5. c. 6. in *summa de sacrific Missæ* num. 5. de alijs vestibus sacerdotibus, nam Alba, v.g. benedictionem amittit, si per fractionem inepta fiat ad sacrum usum: vel si cingulum, ita frangatur, vt neutra eius pars ad cingendum sufficiat. Sitamen ante plenam separationem reficiantur, & partes cōnectantur seruabitur consecratio sicuti docet *Sylu.* verbo benedictio. q. 8. *¶ Emanuel Sa.* verbo *Missæ* nu. 12.

Sylu.

An sit cingulum necessarium infra videbitur.

Simili ratione perditur consecratio calicis, & patenæ per notabilem fractionem, aut destructionem eorum figuræ: non item per solam separationem pedis à cuppa in calice tornatili, vt docent *Armilla* ver. calix num. 2. *Suar.* tom. 3. 3 par. disp. 81. sect. 7. & alij DD. quia sola cuppa in calice tornatili per se consecratur, ergo si absque fractione à pede separatur, retinet consecrationem. Quare alia ratio est de calicibus, qui nō habent amobilem pedem.

Armilla.
Suar.

Non etiam amittitur consecratio calicis, & patenæ, etsi interior inauratio diuturnitate temporis penitus absumpta sit: quia non sola inauratio, sed totus calix, & patena consecrata censentur. ita docent communiter DD. teste *Layman* loc. cit.

Laym.

Seti petes primò . Si Calix, vel patena, ea parte quæ corpus, vel sanguinem contingunt, de noua inaurerentur, an iterum consecranda sint.

*Layman.
Durand.*

R Espòdetur, ex aliquibus DD. esse opus noua consecratione: sed alij DD. teste Layman loc.cit. & præsertim Durand. in rationabili lib. 1. c. 6. nu. 36. valdè probabiliter docent non esse opus noua consecratione, quia maior pars sacra trahit ad se minorem non sacram; sed deauratio illa, comparatione totius cuppæ consecratæ minoris partis proportionem habet ergo.

Petes secundò. Prætera, an quando polluitur Ecclesia polluantur calix, patena, corporale, atque altare mobile, ita ut indigeant Episcopali reconciliatione.

Layman.

R Espondetur, ex Layman de sacrific. Missæ c. 6. num. 10. indigere episcopali reconciliatione.

Sin verò aliter profanentur, v. g. ad communes vsus, tunc propriè non censentur violata, quamuis decens sit simplici eas benedictione reconciliare.

Petes tertio. Vtrum necesse sit in quolibet altare esse loculum, seu sigillum continens sacras reliquias.

Re-

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste *Layman de sacrificio Missæ tract. 5. cap. 6. nu. 8.* non esse necessarium, ut reliquiae Sanctorum reponantur in altare aliqui quasi infinitæ reliquiae esset necessariae, ut inuenirentur, ut in tantis, & quasi innumeris altaribus celebrarentur. Pertinet verò ad Prælatos ecclesiarum providere si fieri commodè possit, ut pia, & antiqua consuetudo in omnibus templis, & altaribus sacras reponendi reliquias perseveret, quod significatur in introitu Missæ: *Oramus te Domine per merita sanctorum inorum, quorum reliquiae, hic sunt.*

Layman

Respondetur secundo in altare dum Missæ sacrificium peragitur, necessaria sunt ornamenta. Primo, necessariae sunt duæ mappæ, vel una mappa duplicata, ut docent DD. teste *Layman de sacrificio Missæ c. 6. nu. 11.* non est verò necessarium, ut totum altare sit vestitum, ut rectè docet *Layman, & Scottia de sacrificio Missæ lib. 2. c. 14. nu. 4.* unde pannis altaris non est necessarius. Secundo, est necessarium corporale representans Sydonem quæ Christi corpus inuolutum erat. Tertio est necessaria palla, quæ calici super imponitur, & utrumque pari modo lineum esse debet: non sericum, vel auro elaboratum parte sua interiore: utrumque etiam benedictum esse oportet ab episcopo, vel ab

Layman

Layman,
& Scott.

alio habente priuilegium Sedis Apostolicæ, vt habetur in *c. consulto d. 1. de consecrat. &* docet *D. Tb. cit. à Laym. loc. cit.*

Layman.

Mappæ verò quamuis deceat, vt sint benedictæ, tamen non est necessarium, vt sint benedictæ, tamen non est necessarium, vt sint benedictæ, quia nihil in iure sancitum est, vt dicit *Sylu. verbo benedictio, q. 5. & Suarez tom. 3. 3. p. disp. 81. sect. 6. & Sà, & AZZOR. cit. à Layman loc. cit.*

Sylu.

Suar.

Sà, &

AZZOR.

Layman;

Quamobrem si fortè celebraturo Missam, nulla mappa benedicta prestò sit, fas erit alia lintea munda corporali substernere, quæ deinde sicuti prius, vsibus profanis applicari poterunt. Quartò est necessarium calix, & patena.

Petes quartò. Ex qua materia debeant esse, calix, & patena.

Suar.

Responderetur, ex *Suarez tom. 3. 3. part. disp. 81. sect. 7.* materiam eorum olim fuisse ligneâ, postea verò Zeserinum Papam, vti cæpisse vasis vitreis; Postea verò Urbanus fecit Argentea, in Concilio autem Rhem. præceptum fuit, vt si non ex auro omninò ex argento fiat; additur verò, si quis tam pauper est saltem, vt stanneum calicem habeat, sed quoad necessitatem, nõ est necessaria paupertas, sed simpliciter ex auro,

aurō, argento, & stanneo permiscitur confectio calicis, & patenæ, vt docet *Suar.* loc. cit. & citat *D. Th.*

Suar.
D. Thom.

Confectio calicis, & patenæ ex ere, aurichalco, vitreo, ligneo, vel ferreo prohibetur.

Sed dices. An oporteat totum calicem esse aureum, argenteum, vel stanneum, an sufficiat superiorem cuppam esse auream, argenteam, vel stanneam, quamuis ex aurichalco, vel ex alia materia ex prohibitis ad conficiendum calicem, sit alia pars calicis confecta?

Respondetur probabiliter tenere *Suar.* *rez* loc. cit. hoc sufficere, quia pars illa nempe pes, v. g. non proximè deseruit ad vsum sacramenti. ita etiam tenent alij *DD.* teste *Layman de sacrif. Missæ tract. 5. cap. 6. num. 12.*

Suar.
Layman.

Debent autem calix, & patena ab Episcopo esse consecrata, & chrismate vnta. Abbates tamen quidam eadem potestate gaudent consecrandi calices ex consuetudine immemorabili, vt docet *Armilla verbo calix. pixis in qua seruatur Eucharistia*, non est opus, vt sit consecrata aiunt *DD.* cit. à *Bon. tom. 1. d. 4. q. vlt. punt. 9. nu. 22.* sed *Paludan. cit. à Suar. disp. 81. sect. 3. & Sylu. ver. Eucharist. 3. q. 4. dicunt*, nec etiam esse necessarium, vt sit

Armilla.
Bon.
Palud.
Suar.
Sylu.

benedicta, & si benedictio sit in Missali.
Quintò, necessarium est purificatorium, ex
lino factum.

Suar. Non est tamen necessarium, vt sit puri-
ficatorium benedictum, vt patet ex *Suar.*
to. 3. 3. par. disp. 81. sect. 8. ar. 3 q. 83. fol. mih. 1024.
Bonac. colum. 2. quem sequitur *Bonac. disp. 4. q. ultima*
punt. 9. nu. 21.

Bonac. Sextò, ad sacrificandum requiritur etiam
Crux, quamuis qui sine Cruce celebraret,
mortaliter non peccaret, vt affirmant DD,
teste *Bonac. tom. 1. disp. 4. q. ult. punt. 9. nu. 29. fol.*
mih. 133.

Bonac. Septimò, requiritur lumen, quod ex con-
suetudine conficitur, ex cera, quamuis in
necessitate sufficiat candela sebacea, aut
etiam lucerna ex oleo; ex consuetudine duæ
candelæ adhibentur, etsi vna sufficere videa-
tur, vt docent DD. teste *Bonac. loc. cit.*

Diana. Octauò, requiritur minister, vnde qui si-
ne ministro celebraret peccaret mortali-
ter, vt docent DD. teste *Diana tom. 1. tract. de*
celebratione Missarum resol. 43.

Sed in magna necessitate, qualis est diei
festi, aut dandi moribundo viaticum, esse
licitam celebrationem sine ministro, vt af-
firmant DD. loc. cit.

Diana. Neque in casu necessitatis potest admitti
foemina ad seruitium Missæ, vt torrentes
DD. docent, teste *Diana loc. cit. sed resol. 44.*

vnde

vnde potius celebrandum est sine ministro, quam permiscere, vt fœmina Missæ inferuiat, vt docent DD. & præcipuè *Suar. tom. 3. Suar. 3. par. disp. 87. sect. 1.*

Nonò, requiritur liber, quamobrem Sacerdos recitans Missam sine libro, qui saltem non contineat Canonem mortaliter peccat per se loquendo, cum se periculo esponat grauitè errandi, vt docent DD. teste *Bonac. tom. 1. disp. 4. q. vlt. punt. 9. nu. 29.*

Bonac.

Sed petes quintò. An Sacerdos debeat esse indutus calceis quando vult celebrare.

Respondetur de hoc non extare præceptum, sed requiri tantum ex honestate; vt Sacerdos celebret indutus calceis, & ita est consuetudo; nec hæc consuetudo obligat sub mortali, vt affirmant DD. teste *Bonac. loc. cit. sed nu. 28.*

Bonac.

Decimò, requiruntur vestes sacræ, idest, alba, cingulum, amictus, manipulus, stola, planeta, vt docent innumeri DD. teste *Bon. loc. cit. sed nu. 25.*

Bonac.

Sed petes sextò. An qui sine necessitate celebraret sine cingulo benedictio peccaret mortaliter.

Respondetur multos DD. tenere, quod peccet mortaliter, qui sine cingulo benedictio celebraret.

Sed

Paludan. Sed *Paludan. Henricus & Riccard. Scotus, Sylu.*
Henric. *Facundex*, & alij teste *Diana de celebrat. Missarum*
Riccard. *resol. 68.* non peccare mortaliter eum,
Scot. qui sine cingulo benedicto celebraret, quia
Sylu. cingulum non est indumentum, sed est li-
Facund. gatura indumentorum; ergo tantum pec-
Diana. caret venialiter, qui sine iusta causa cele-
 braret sine cingulo benedicto, ex causa ve-
 rò iusta neque peccaret venialiter, iusta
 causa erit necessitas audiendi, vel celebra-
 ndi Missam ex præcepto alicuius festiuitatis,
 feruor magnæ deuotionis, vel necessitas su-
 perandi tentationes.

Petes septimo. Præterea, an Sacerdos possit celebrare
in patena, & calice non dum consecrato, & cum
vestimentis non dum benedictis, si alius Sacerdos
bona fide, cum ipsis Missam antea celebrasset.

Diana.

Responderetur, ex *Diana tract. de celebratio-
 ne Missarum resol. 69.* posse Sacerdotem
 celebrare Missam in patena, & calice, non
 dum consecrato, & cum vestimentis non
 dum benedictis, si alius Sacerdos bona fi-
 de, cum ipsis Missam antea celebrasset, nec
 indigere noua consecratione, vel benedi-
 ctione, citat *Auilam, Castrum, & Emanuel Sa;*
ver. Ecclesia, & hoc dicit *Diana* esse probabi-
 le, & in praxi tutum; Verum *Auila, Castrum,*
& Sa;, ab ipso citat. dicunt de *Ecclesia pol-
 luta,*

Armillæ.
Castrum,
& Ema.
Sa.

luta , nimirum non egere noua reconcilia-
tione si in ea bona fide ab aliquo Sacerdo-
te celebratum sit, non autem de supradictis
rebus, sed à pari idem asserendum est, vt op-
timè *Diana* colligit, ex doctrina de reconcilia-
tione Ecclesiæ ex celebratione bona fide
facta, in Ecclesia polluta.

Diana.

*Petes octauò . An pannus altaris, & color vestium
sacerdotalium cadant sub præcepto.*

R Espondetur, ex *Pinello* in tract. *Missæ Pinellus;*
fol. mibi 134. & 149. nō cadere sub præ-
cepto, sed decet, vt in altare sit pānus,
& color sit iuxta regulas Rubricæ; Sed ego
non excusarem à veniali, qui sine causa ce-
lebraret cum colore planetæ non iuxta re-
gulas Rubricæ, si commodè id facere pos-
set.

Ad secundum .

Respondetur, quod debet Sacerdos scire,
administrare sacramentum Pœnitentiæ sal-
tem in articulo mortis.

Q V A E S T I O I.

*Quæ debet scire Sacerdos circa administrationem
sacramenti Pœnitentiæ in articulo mortis.*

R Espondetur primò, scire debet Sacer-
dos formam absolutionis . Secundò,
quæ

quæ peccata potest absolvere. Tertio, quæ signa pœnitentiæ debeant præcedere ex parte constituti in articulo mortis, & quid intelligatur per articulum mortis. Quarto, scire debet Sacerdos quos actus Christianos, tenetur elicere moribundus in articulo mortis. Quinto debet scire Sacerdos, quæ dispositio sit necessaria, ex parte moribundi, ad hoc, vt ipse benè ei possit absolutionem impendere. Sexto, scire debet Sacerdos, an plures homines, vnica absolutione, possit omnes absolvere. Septimo, an Sacerdos vnica absolutione possit absolvere moribundum à censuris, & à peccatis simul. Octauo, an coram alijs audientibus confessionem possit Sacerdos excipere confessionem moribundi. Nonò, an coram approbato possit simplex Sacerdos audire confessionem, & quid, si cœpta sit confessio à simplici Sacerdote, & deinde superueniat approbatus confessarius. Sed

Primò petes. Quæ sit forma absolutionis sacramenti Pœnitentiæ?

Suar.
Durand. **R**espondetur, de hac materia varias esse opiniones | DD. vt refert *Suar. tom. 4. 3. par. disp. 19. sect. 1.* ait *Durandus*, præter verba, *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis*, esse necessariam inuocationem sanctissimæ Trinitatis,

Circa sacramentum pœnitentiæ. 205

tis, scilicet in nomine *Patris, & Filij, &c.* & videntur in hanc sententiam inclinare maior, & *Petrus Soto* fundantur præcipuè, quia per illam inuocationem significat Sacerdos se operari, vt ministrum Trinitatis, non vt causam præcipuam.

Gabriel putat esse necessarium dicere, *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis*; itaque secundum suam opinionem si quis diceret, *Ego te absoluo*, non esset valida absolutio.

Gabriel.

Concilium verò Florentinum, & Tridentinum sess. 4. c. 3. cit. à Suarez loc. cit. dicunt formam huius sacramenti esse, *Ego te absoluo, &c.* vnde videtur illud pronomen *Ego* esse de substantia formæ, ideoque alia duo verba non sufficere, sed *Suarez loc. cit.* pronomen *Ego*, intrinsecè includi in verbo absoluo, & consequenter non esse de substantia formæ explicitè exprimi pronomen *Ego*; Vnde concludit *absoluo te* esse verba sufficientia ad perficiendam formam sacramenti pœnitentiæ.

Concil. Trid. & Florent. Suar.

Suar.

Addit verò *Suarez loc. cit.* hæc sequentia verba. [Quia verò facilimè adiungi potest, scilicet pronomen *Ego*, existimo numquam rationabiliter omitti posse: quia nec moraliter potest accidere causa, quæ ad hoc cogat: neque in eo est aliqua vtilitas: & aliunde adiungendo illud, vitatur qualecunque] periculum, quia opposita sententia impro-
ba-

Suar.

babilis non est, & fortasse propter hoc causam addiderunt concilia particulam, &c. vel fortè, vt ab opinionibus Theologorum abstinerent.

Concil.
Triden.

Ego verò ad tollendas omnes opiniones DD. semper vtor illa forma, *Ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, vnde *ly, &c. Tridentini*, dedit causam doctoribus, vt varia dicerent circa formam sacramenti pœnitentiæ. Ex his

Concil.
Triden.

Colligitur duo non esse de substantia formæ absolutionis sacramenti pœnitentiæ, neque de præcepto, vt est *Dominus noster Iesus te absoluit, &c.* & *ly Passio Domini nostri Iesu Christi*, licèt laudabiliter adiungètur, vt *Tridentinum* loc. cit. dixit: quare licèt omittantur non erit peccatum graue, vel etiam nullum si ex quacunque rationabili causa omittantur, & de hoc non est dubitandum. idem dicitur de cruce in fine absolutionis, & de extentione manuum antequam absoluator pœnitens, nempe non esse de præcepto aiunt DD. teste *Bonac. d. 6. q. 7. tom. 5. punt. vlt.*

Bonac.

*Secundò petes. Quæ peccata potest Sacerdos absol-
uere in articulo mortis.*

Respondetur, ex omnibus Catholicis DD. omnia peccata, reseruata nedum
or-

ordinarijs locorum, sed etiam Summi Pontifici, etiam si sint referuata in Bulla Cœnæ Domini, posse simplicem Sacerdotem, non approbatum absoluerè, in articulo mortis.

Tertiò petes. Quæ signa debeant præcedere pœnitentiæ, ac doloris de peccatis constituti in articulo mortis ad hoc, vt possit licitè Sacerdos impendere absolutionem.

Respondetur primò, certissimum esse apud DD. dari posse absolutionem ei qui tantum nutibus quærit à confessario absolutionem, immo tenetur confessarius impendere absolutionem in hoc casu alioqui peccaret contra charitatem, vt docui satis in mea *Praxi confessariorum fol. 205.*

Idem dicitur, si moribundus non audit, nec loqui potest, sed tantum pugno pulsât suum pectus, vel suspirans oculos in cœlum tollit, vel respicit aliquam imaginem hoc vidente Sacerdote, vel testificantibus, nempe teneri Sacerdotem sub conditione absoluerè, vt docui cum DD. à me citatis in *Praxi Confessariorum fol. 205.*

Additur præterea, sufficere vnū testem, etiam si sit infidelis, aut hæreticus, ad testificandum, quod moribundus elicuerit signa contritionis, vel quod petierit confessionem, vt rectè docet *Sancius in selectis disp. 4. Sancius.*

*Raym.
Graff.*

num. 35. qui citat *Raimundum & Graffum.*

Additur denique cum DD. à me citatis in *Praxi confessariorum* fol. 208. & videri potest *Suarez* tom. 4. 3. p. disp. 26. sect. 4. posse simplicem Sacerdotem non approbatum absolueri ab omnibus peccatis nedum reseruatiss ordinarijs locorum, sed etiam Summo Pontifici, etiam si fiat reseruata in Bulla Cœnæ Domini, non solum quando quis est in articulo mortis, sed etiam quando quis est in periculo mortis probabilis, & deest copia hic, & nunc confessarij approbati.

Suarez,

Periculum probabile mortis, dicitur actuale bellum, longa nauigatio, partus difficilis mulierum, & similia.

Sotus.

*Cano, &
Conarr.*

Sotus, Cano, & Conarr. cit. ab eodem *Suarez* disp. 26. sect. 4. dicunt non approbatum non posse simplicem Sacerdotem in periculo mortis absolueri.

Quartò petes. Quos actus Christianus tenetur constitutus in articulo, vel in periculo mortis elicere.

*Suarez.
Filliocc.*

Respondetur, ex *Suarez de fide* disp. 3. sect. 5. num. 6. & *Filliucc. tract. 22. tom. 2. num. 293.* tres actus teneri elicere constitutum in articulo, vel periculo mortis probabilis, nempe actum, fidei, spei, ac charitatis etiam si quis receperit absolutionem sacramentalem.

Quin-

Quintò petes. Quæ dispositio debeat esse ex parte moribundi, ad hoc, ut possit Sacerdos rectè ei absolutionem impendere?

Respondetur, esse necessariam saltem, attritionem supernaturalem de peccatis, vel secùdum magis tutam opinionem in hoc articulo, putatam contritionem ad recipiendam absolutionem, nam vt explicavi alibi, èt retuli opiniones DD. qui scripserunt post Tridentinum, & dixerunt non sufficere putatam attritionem ad dignè suscipiendam absolutionem sacramentalem, *Victoria, Soto, Ledesma, Vega, Nauarr. & Corduba* cit. à *Suarez tom. 4. 3. par. disp. 20. sect. 1. nu. 7.* dicunt non sufficere putatam contritionem.

Sed *D. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. ar. 5. q. 1. & dist. 18. q. 1. art. 3. q. 1. Paludan. Sotus, Capreolus, & plerique alij DD. cit. à Suarez loc. cit. sed nu. 9.* dicunt sufficere putatam attritionem ad recipiendum absolutionem, & consequenter dignè disponitur ad cõsequendam gratiam.

Sextò petes. An Sacerdos possit in articulo mortis plures homines absoluerè unica absolutione, dicendo Ego vos absoluo ab omnibus peccatis, &c. Puta in naufragio, grassante peste, vel irruente subito prelio, &c.

*Viñt.
Soto.
Ledesma.
Vega.
Nauarr.
& Cord.
Suar.
D. Thom.
Paludan.
Sotus.
Capreol.
Suar.*

O

Re-

Bonac.

Respondetur, ex communi DD. sententia teste *Bonac. tom. I. disp. 5. q. 5. sect. 2. punt. 2. §. 4. nu. 17.* & nemine referente autore in oppositum posse confessarium existentes in periculo naufragij absolueret etiam si non omnia peccata mortalia audierit; immo potest audito à singulis vno peccato, simul omnes absolueret, dicendo *Ego vos absoluo, &c.* alta voce, & audiente alta voce, peccata hominum contritorum in dicto articulo mortis, vt rectè docet *Henriquez lib. 5. c. 12. nu. 3. lit. L.*

Henriq.

Septimò petes. An Sacerdos, qui vnica absolute absoluit moribundos, possit etiam vnica absolute absolueret eos ab excommunicatione, & à peccatis simul.

Soto:**Navarr.****Henriq.****& Suar.****Barth. S.****Faust.**

Respondetur, ex *Soto, Navarr. Henriquez, & Suarez* cit. à *Bartholomeo de S. Fausto in Theologia moral. lib. 2. q. 51.* posse confessarium vnica absolute absolueret moribundos à censura, & à peccatis, dummodò intentio confessarij fit velle absolueret pœnitentes à censura, & deinde à peccatis. Ex his

Primò colligitur, qui dubitat, vt infirmus morte corripiatur, & decedat sine absolute, posse talem infirmum audito vno peccato, antequam perficiat integram confessionem, absolueret, & deinde reliqua audire,

Circa sacramentum pœnitentiæ. 211

dire, vt confessio fiat integra quantum fieri potest : Confessarius tamen curet in tali euentu : Primò, vt pœnitens fateatur aliquod peccatum mortale, cum peccatum mortale sit materia necessaria. Secundo curet penitentem fateri peccatum certum. ita DD. teste Bonac. disp. 5. q. 5. sect. 2. punt. 2. §. 4. Bon. num. 18.

Secundò colligitur, ex Henricus lib. 5. cap. 12. um. 3. littera L. quod si ægrotus patiatur per oximos, vt non expectet confessarius finiri integram omnium cōfessionem propter periculum absquē absolutione decedendi : sed audito vno peccato mox absoluat, deinde reliqua audiat.

Tertiò colligitur, quando infirmus laborat morbo contagioso, & confessarius non potest ipsum etiam à longè absque periculo audire, diutius immorando in peccatis audiendis, potest confessarius, auditis aliquibus peccatis absolutionem statim impedere. ita DD. teste Bonac. disp. 5. tom. 1. q. 5. sect. 2. punt. 2. §. 4. n. 13. Bonac.

Octauo petes. An confessarius possit audire confessionem coram alijs audientibus puta, quando confessarius accedit ad audiendam confessionem alicuius, qui non potest solus relinquere, nisi adiuuetur à circumstantibus; vt sunt recenter vulnerati; vel mulieres parturientes, & periculum est in mora?

Mancin.

R Espondetur, ex communi DD. sententia. teste *Patre Iacobo Mancino, in sua practica visitandi infirmos in prima editioe practica 4. fol. mibi 83.* quod confessarius debet reliquere solum personas necessarias, & potius viros, quam mulieres, & debet admonere, ut aures claudant si possunt, & aduertant oculos à facie confitentis, & confessarij, & sic omni meliori via illum interroget, & audiat; quandoque per signa sufficientia peccata accipiat, & absoluat: monendo etiam, astantes teneri sub peccato mortali secretum seruare si aliquid obiter audierint; dicunt præterea DD. quod nemo tenetur, secluso articulo mortis, confiteri audiente tertio, sed potest, si vult, audiente tertio confiteri peccata extra articulum mortis. Adde ego non posse si timetur scandalum audientium.

Sed dices primo, quid faciendum, si confessarius transiens per plateam videt aliquos occidentes Franciscum iteratis vicibus petentem confessionem, at confessario accedere volente ad illum audiendum, ab intersectoribus, conantibus, illum vita priuare, prohibetur accessus.

R Espondetur, quod confessarius ab eo loco, in quo reperitur illum absolueret ab omnibus peccatis, & censuris,
an-

Circa sacramentum pœnitentiæ. 213

antequam ab hac vita discedat : illa enim dicitur moralis præsentia. Immo si tantum esset periculum , quod dubitaretur posse proferre ambas formas, scilicet excommunicationis , & peccatorum distintas poterit tantum dicere , *Ego absolvo te, &c.* subintelligendo prius absolutionem à censuris, & deinde à peccatis. ita DD. teste *Iacobo Mancino in practica visitandi infirmos practica 4. fol. mibi 84. in prima editione.*

Mancino

Sed dices secundo. Ad quid teneatur penitens absolutus à censuris in articulo mortis, si postea convaluerit, si fuit absolutus à Sacerdote alias non habente absoluendi, & quid tenetur, tunc confessarius facere.

Respondetur, quod qui in articulo mortis est absolutus à censuris à Sacerdote alias non habente facultatem absoluendi, extra mortis articulum, tenetur sese sublato impedimento non perpetuo, præsentandi quamprimum comode poterit coram superiore, qui de iure potest extra illum articulum absolvere alioquin reincidit in eandem censuram, ut docent DD. cit. à me cit. in *Praxi confessariorum fol. 231.* tenetur verò confessarius extorquere iuramentum, à penitente, si fieri potest, ut compareat coram superiore, si convaluerit.

Dixi si fieri potest, quia si pœnitens destitutus sit sensibus, ita vt non possit ab eo iuramentũ extorqueri, impendenda est sine præuio iuramento idem dicendum est, quando mortis articulus, ita instat, vt nulli satisfactioni, vel cautioni sit locus, ita *Sayr. de cœsuris lib. 3. c. 25. nu. 4. & plerique alij.*

Sayr.

Dixi sublato impedimento, nam ab habente perpetuum impedimentum se præsentandi non est exigenda eiusmodi cautio iuratoria, vt habetur ex *cap. quamuis de senten. excom.*

Bonac.

Addit *Bonac. de censuris disp. 1. q. 3. punt. 3. in grauioribus delictis, vt in delictis in Bulla Cœnæ, non solum extorquendum esse iuramentum, sed etiam extorquendam esse cautionem pignoratitiã, vel fideiussoriam quando pœnitens tenetur præstare satisfactionem pecuniariam, quam tunc præstare non potest. Quare à pœnitente, qui tenetur pecuniariam satisfactionem exhibere, exigenda est cautio pignoratia, vel fideiussoria, vel saltem iuratoria, quando præstari non potest pignoratia, vel fideiussoria: Quando verò pœnitens non tenetur exhibere satisfactioem pecuniariam, non tenetur præstare pignoratitiã, vel fideiussoriam cautionem, sed satisfacit iurando, se præstiturum satisfactionem, si quam præstare tenetur, vt accidit quando quis falsis*

dog-

Circa sacramentum pœnitentiæ. 215

dogmatibus aliquem deceptit, & non dum
satisfecit suæ obligationi, qua tenetur illum
ab illo errore retrahere; ita *Suar. de censuris* *Suar.*
disp. 21. sect. 3. nu. 1. & 2.

*Sed dices denique. An existens in articulo mortis
absolui possit à quocunque confessario ab irregu-
laritate, aut suspensione ab ordine, officio, vel be-
neficio?*

Respondetur, ex *Sanchez lib. 2. c. 13. nu. 13.* *Sanchez.*
& *Bonac. de censuris disp. 1. q. 3. punt. 3. ne-* *Bonac.*
gatiuè, quia irregularitas, vel suspensio ab
ordine, officio, vel beneficio non retardat à
consecratione gloriæ.

*Nono petes. An coram approbato confessario, possit
simplex Sacerdos non approbatus, audire confes-
sionem, & quid dicendum, si cepta sit confessio à
à simplici Sacerdote, & deinde superueniat ap-
probatus.*

Respondetur primò, iuxta communem,
ac tutiorem sententiam DD. teste
Bartholomeo à S. Faust. in Theologia morali lib. 6. *Barth. à*
q. 36. non posse Sacerdotem non approba- *S. Faust.*
tum audire confessionem constituti in arti-
culo mortis, præsentè Parocho, vel appro-
bato, colligitur hoc à simili, ex c. *Presbyter.* *Concil.*
26. q. 6. ex Concil. Carthag. 3. can. 33. immo refert *Carthag.*

*Idem
Faustus.*

idem *Faustus* loc. cit. sic sancitum esse à Sacra Congregatione Cardinalium.

Respondetur secundò, si constitutus in articulo mortis, vel in periculo proximo, ac probabili mortis iuxta probabilem sententiam, incœpit confiteri Sacerdoti non approbato, & superueniat approbatus, tunc potest etiam simplex Sacerdos non approbatus continuare ad audiendam confessionem, & absolutionem impendere etiam præsentem approbato, quia verè habebat iurisdictionem, quando deficiente approbato cœpit audire, nec eius aduentu expirat, quia in nullo iure cauetur facultatem Sacerdotis non approbati in prædicto casu esse, donec veniat confessarius legitimus, sed absoluta est facultas, cum deficit copia legitimi confessoris, atque esset grauissimum onus constituti in eo articulo, ipsum cogere, vt confessionem legitimè cœptam, repetat, cum vix possit vni fateri, ita docet *Sanchez in summa lib. 2 c. 13. num. 15.* qui citat *Henriquez lib. 6. c. 11. num. 8.* & dicit satis esse probabile *Zamoranus de casibus articuli mortis c. 4. dub. 5. nu. 4.*

*Sanchez.
Henriq.
Zambr.*

Qui autor hoc limitat, dummodo post absolutionem impensam ab hoc simplici sacerdote non approbato præsentem approbato, confiteatur moribundus aliquod veniale legitimo confessori scilicet approbato,

Circa sacramentum pœnitentiæ. 217

to, qui superuenit, & denuo elicere debet moribundus nouum dolorem, vt ab eo denuo absoluitur; Ratio huius doctrinæ est dicit *Zambranus* loc. cit. quia in eo euentu articuli mortis tenetur quispiam tutam elicere partem. Non est autem prior absolutio tuta data à simplici Sacerdote non approbato præfente approbato confessario etiam si sit cœpta confessio, antequam superueniret approbatus, quia ipsemet loc. citat. sed *nu. 5.* esse satis probabile cessare iurisdictionem illius Sacerdotis nõ approbati, quando legitimus confessarius approbatus aduenit, & si incepta sit confessio à Sacerdote non approbato. At *Sanchez* loc. cit. existimat hoc non esse necessarium, vt aliquo modo fateatur confessori approbato superuenienti, tum quia omnes fatentur aliqua venialia simul cum mortalibus, ac proinde respectu venialium est omnino tuta, & certa absolutio Sacerdotis non approbati, & mortalia deficienti iurisdictione ad illa, remittentur indirectè, quia gratia non potest esse cum peccato: Sed gratia conceditur pœnitenti, media absoluteione sacramentali, ergo, tum quia etiam existimat *Sanchez* loc. cit. certam esse iurisdictionem in hoc casu, quandoquidem omnia iura concedunt facultatem absoluendi in articulo mortis Sacerdoti non approbato simpliciter

Zambr.

Sanchez.

Sanchez.

ter deficiente sacerdote approbato, & non cum limitatione, nisi superueniat approbatus, etiam si cœpta confessio, sed mihi satis arridet limitatio Zambrani.

Si tamen ille moribundus haberet casum reseruatam annexam excommunicationi, & ante absolutionem superueniret superior cui excommunicatio erat reseruata, non posset Sacerdos, qui confessionem audire cœpit, siue non approbatus, siue approbatus sit, absolueri ab illa excommunicatione, sed id à superiore superueniente præstandum est, & deinde Sacerdos ille, quicumque sit, siue non approbatus, siue approbatus, possit à peccatis absolueri. Ratio est, quia confessarius tenetur illi pœnitenti id onus iniungere, vt quamprimum commodè possit se legitimi superiori præsentet etiam si recepit ab ipso absolutionem ab excommunicatione, & à peccatis; verum, quando recepit moribundus absolutionem in articulo mortis à Sacerdote etiam non approbato, tunc debet se præsentare superiori, non vt iterum absoluaatur, cum iam sit absolutus, sed vt se ostendat obedientem ad recipiendam debitam medicinam, & ad exigendam maiorem satisfactionem, si superior ipse maiorem iudicauerit imponendam; ita *Suar.* tom. 4. 3. par. disp. 30. sect. 3. & alij communiter alioquin reincidet in similem

Suar.

Circa sacramentum pœnitentiæ. 219

lem censuram referuatam, vt docet *Suar.*
de censuris disp. 22. sect. 1. nu. 62. & plerique alij
puta si non se præsentet superiori cum po-
tест. Verum tamen est, pœnitentem eximi
posse ab obligatione ad eundem superiorem;
Si adeat confessarium habentem faculta-
tem absoluendi ab illis censuris, extra mor-
tis articulum, ab eoque obtineat nouam
absolutionem absque vilo onere puta, si
adeat confessarium, ratione iubilæi, vel al-
terius priuilegij, habentem potestatem ab-
soluendi extra articulum mortis, vt docui
cum DD. à me citatis in *praxi confessariorum*
fol. 236.

Quod si superior nollet absoluere mori-
bundum ab excommunicatione, nisi inte-
gra sibi confessio repeteretur, existimat *Sa-*
chez loc. cit. posse priorem Sacerdotem ab-
soluere, quia superior ille Pontifice inferior:
non potest iurisdictionem perficiendæ cõ-
fessionis in eo articulo cœptæ concessum
cuilibet confessario, reuocare, aut limitare,
& iam pœnitens obligationi suæ satisficit.
ita *Sanchez* loc. cit.

Fatendum tamen est cum *Zambrano* loc.
cit. si iam simplex Sacerdos non approba-
tus in eo articulo à peccatis absoluat, non
posse eum superueniente approbato con-
fessore audire peccata oblita: vel quæ æger
non potuit fateri tunc, vel existimatum est
cum

Suar.

Sanchez.

Sanchez.

Zambr.

220 *De miscellaneis pertinentibus*

eum non posse, & sic à reliquis absolutus est, sed ea approbato confessori superueniēti aperienda sunt, quia est noua confessio, & à priori independens, vt rectè docet

Sanchez.
Suar.

Sanchez loc. cit. citans Suar. tom. 4. in 3. par. sect. 2. nu. 2. in fine.

Quod si poenitens in eo articulo Sacerdoti non approbato mentitus est, in ea confessione, & ita inualidè absolutus, & superueniat approbatus confessarius: adhuc existimat Sanchez in summa lib. 2. c. 13. nu. 16. posse Sacerdotem non approbatum eum iterum absoluere, detecto illo mendacio, quia re vera is habuit iurisdictionē ad priorem illam confessionem, & dum absolutio validè non est prestita, non censetur finita. citat Tiraquell. l. boues, §. hoc sermone limit. 1. nu. 1. & sequentibus, ff. de verbor. signif. vbi latè ex multis probat concessionem simpliciter prolatam non finiri primo actu irrito, & limit. 21. nu. 4. vbi ex multis probat potestatem delegatam non extingui primo actu, quando deus inuoluntate inutiliter absque sua culpa per errorem pronunciauit.

Sanchez.

Tiraqu.

Quæstio prima. An Sacerdos, qui in Missa omittit voluntariè, Credo, seu Gloria, vel in Canone nomen alicuius Sancti, vel communicantes, vel hanc igitur tempore Paschali, ea, quæ interponitur, peccet mortaliter.

Re-

R Espondetur, ex *Filiuccio tom. I. tract. 5. cap. 5. nu. 155. & Diana de celebrat. Missarum, resol. 59.* non peccare mortaliter, sed venialiter ex leuitate materiæ; tanquam indubitatum hoc tenet *Diana loc. citato*, nec si paulò post recordetur quid relictum est in Missa regulariter est repetendum, quia id commodè fieri non potest moraliter, & vt ait *Sylu. cit. à Filiucc. loc. cit.*

*Filiucc.
Diana.*

Diana.

*Sylu.
Filiucc.*

Primò petes. An Sacerdos, qui ex carentia confessarij propter scandalum celebrauit, teneatur quamprimum confiteri.

R Espondetur affirmatiuè, ex *Trid. sess. 3. capit. 7.* verum incertum est apud DD. quomodo intelligatur *ly quamprimum*, Tridentini, sed ego sequor opinionem DD. quos citat *Diana de celebratione Missarum, resol. 60.* *ly quamprimum Tridentinum* intelligi debere intra triduum, ita vt intra triduum teneatur Sacerdos confiteri.

*Concil.
Triden.*

*Diana.
Concil.
Triden.*

Secundò petes. An Sacerdos qui in ipsa actione celebrandi recordatur alicuius peccati mortalis, licèt tunc eliciat actum contritionis, teneatur postea quamprimum confiteri, stante supradicto præcepto.

R Espondetur, ex communi DD. sententia. teste *Diana de celebrat. Missar. resol. 61.*

Diana.

te-

222 *De miscellaneis pertinentibus*

Vasq.
Sayr. &
Sylu.
Diana loc. cit.
Trid.

teneri quamprimum confiteri, sed Vasquez in 3. p. tom. 3. disp. 208. c. 3. n. 19 & Sayr. & Sylu. cit. à Diana loc. cit. tenent, non teneri quamprimum confiteri, nam iuxta dictos Doctores præceptum Trident. tunc obligare quando quis est conscius peccati mortalis, & vrget præceptum celebrandi, & non adest copia confessorij.

Secus est quando quis bona fide accedit ad altare absque conscientia peccati mortalis, & ibi recordatur alicuius peccati mortalis, nempe non teneri præcepto Trident. quamprimum confitendi, sed satis, vt tempore debito confiteatur, nimirum quando vrget præceptum confitendi, vel quando vult iterum communicare.

Tertiò petes. An simplex Sacerdos deficiente copia confessionis possit celebrare contritus, dum iter facit propter Missam præcepti, quam teneatur audire.

Filiucc.

Respondetur, ex DD. quos citat *Filiucc.* tom. 1. tract. 4. c. 8. nu. 217. posse Sacerdotem celebrare absque confessione peccati mortalis, modo sit cõtritus, & modo deficiat Missa quã ab alio possit audire.

Filiucc.

Alij verò DD. graues, teste eodem *Filiuccio* loc. cit. dicunt non teneri huiusmodi Sacerdotem sacrum facere, quando est reus
pec-

peccati mortalis, & non adest copia confessorij, etsi desit alia Missa, ita vt nō possit audire ad satisfaciendum præcepto.

An verò possit simplex Sacerdos sine confessione peccati mortalis contritus celebrare, dum non adest Sacerdos, vt alij Missam audiant.

Respondent DD. teste *Diana tract. de celebratione Missarum resol. 64.* non posse celebrare absque præuia confessione, quia alij non peccabunt, si ipse Missam non celebret, sed *Diana loc. cit.* tāquam probabile tenet posse huiusmodi Sacerdotem celebrare contritum absque præuia confessione peccati mortalis ad hoc, vt alij Missam de præcepto audiant. *Diana.*

Quartò petes. An Sacerdos, qui habet casus reseruos à quibus præsens confessorius illum non potest absoluerè, possit contritus sine præuia confessione sacrum facere? Si scādalum, vel grauis infamiam incurreret Sacerdos, si non celebraret?

Respondetur, *Armilla, D. Antonin. Palud. Victoria, Syluio, & Filiuccio cit. à Diana de celebratione Missarum, resoluit. 65. & ex Riccard. Adriano, & Durando cit. à Sancto in selectis disp. 32. nu. 10.* posse Sacerdotem sine præuia confessione celebrare, modo eliciat actum contritionis, quia eadem peccata bis *Armilla.
D. Anto.
Palud.
Victoria.
Sylu. &
Filiucc.
Diana.
Sanctio.*

con-

224 De miscellaneis pertinentibus

confiteri graue est onus. Idem dicitur, si Sacerdos habeat peccatum annexum excommunicationi, nempe posse contritum celebrare sine præuia confessione, modo sit occulta excommunicatio, & adsit scandalum, vel grauis infamia si non celebret, vel communice, etiam si adest confessarius, valens absoluerè ab alijs peccatis, sed à tali peccato censuræ annexo non potest, vt docent

D. Thom. Sylu. & Henriq. & cit. à Iacobo Mancino in practica visitandi infirmos in sua prima editione, practica 4. duò. 35 fol. mihi 93. dummodo non sit in mora petendi absolutionem, sed dictus autor cū alijs DD. à se cit. oppositum tenet, nempe teneri omnia peccata confiteri referuata annexa excommunicationi, & non referuata, & solum referuatum iterum confiteri, vt docet communis DD. sententia, teste Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 77. sect. 4.

Hinc

Doctores citati à Iacobo Mancino loc. cit. & præsertim Nau. c. 27. num. 239. docent Sacerdotem homicidam licitè posse ad euitandum scandalum, vel infamiam celebrare ante dispensationem irregularitatis, præmissa debita confessione, si hic, & nunc potest, confiteri, si verò nec etiam potest confiteri, quia non adest confessarius, & vrget necessitas communicandi, vel faciendi sacrū, alioqui grauem infamiam incurreret Sacerdos

*D. Thom.
Sylu. &
Henriq.
Manc.*

Suar.

*Manc.
Nau.*

dos si non celebraret, vel laicus, si non communicaret, vel si esset scandalum, tunc Sacerdos potest, & tenetur elicere actum contritionis, & sine prævia confessione celebrare, & laicus potest etiam sine confessione communicare, modo sit contritus. idem dicendum est de excommunicato Papali, modo habeat animum comparendi coram superiore, quia lex naturalis, & diuina defendenda fama, vel de euitando scandalo, præstat legi humanæ, de abstinendo à sacro in irregularitate, vel excommunicatione.

Idem dicendum de moniali incidente occultissimè in censuram Papalem, vt ante moram petendi absolutionem possit communicare, quando aliæ ad id tenentur: potestque interesse choro, & alijs, à quibus si abstineret, fama eius periclitaretur, & potest confiteri, & tenetur dicere omnia peccata reseruata, & non reseruata; & reseruata tantum iterum confiteri habenti potestatem absoluendi, vt rectè docet *Suar.* loc. cit. cum communi DD. sententia.

Excommunicatus, extra talem necessitatem quantumuis occultus, celebrans efficitur irregularis, vt communiter DD. affirmant, teste *Bonac. de censuris disp. 7. q. 1. punt. 3. num. 8.* & alij apud *Mancinum in 1. edit. practica 4. fol. mibi 95.*

Suar.

Bonac.

Manc.

P

Sed

Sed dices. An sit præceptum diuinum præuiam confessionis peccati mortalis ad suscipiendum Eucharistiam, an præceptum ecclesiasticum à Tridentino.

Suar.

Respondetur, ex *Suar. in 3. part. tom. 3. disp. 66. sect. 3. versic. dico tertio*, cum communi DD. sententia præceptum præmictendi confessionem ante communionem esse diuinum positiuum à Christo Domino specialiter latum, & Apostolis, & per eos ecclesie traditum.

Filiucci.

Sed Filiucci tom. 1. tract. 4. cap. 8. num. 222. probabilius tenet, esse præceptum ecclesiasticum præuiam confessionem peccati mortalis ad suscipiendam Eucharistiam, & esse latum huiusmodi præceptum à *Trident. sess. 3. cap. 7.*

Concil. Trid.

Quintò petes, Sacerdos si ante Missam confessus sit, & postea celebrando peccatum mortale in mentem venit, utrum teneatur in tali casu elicere actum contritionis de illo peccato.

Medina. Suar. Diana.

Respondetur, ex *Medina, Suar. & alijs DD. cit. à Diana de celebratione Missarum, resol. 48.* teneri elicere actum contritionis.

Sed doctissimus Diana loc. cit. probabiliter

ter tenet, non teneri elicere huiusmodi actū contritionis, quia per accidens fuit remissum illud peccatum, nempe ratione aliorū super quibus fuit impensa absolutio, & consequenter iam Sacerdos recepit gratiam, ergo dignè potest cōmunicare absque eo, quod eliciat actum contritionis causa dignè recipiendi Eucharistiam, tenetur tamē confiteri peccatum oblitum, & tunc elicere actum contritionis, vel attritionis, & citat *Vasquez in 3. par. tom. 4. q. 86. art. 2. dub. 2. nu. 11. in casu simili.* *Vasq.*

Sextò petes. An Sacerdos, qui noctu misit ad ranceam dinem saucium leniendam saccorum in os paulatim deglutiendum, si illud duraverit post mediam noctem, & dubitat an aliquas partes illius in stomachum traxerit possit Missam celebrare.

Respondetur, ex communi DD. sententia, teste *Diana de celebrat. Missarum, resolut. 51.* non posse celebrare nisi moraliter certus sit quod ante mediam noctem totum deglutiuerit, vel quod residuū erat abstulerit.

Sed Tabiena verbo communicare §. 49. ut proprijs oculis legi dicit quod non frangit ieiunium naturale, & quod potest communicare, etiam si post mediam noctem deglutiatur id quod in sero recipit in ore pro

Diana.

Tab.

228 *De miscellaneis pertinentibus*

voce, vel pro alia quia cibus non peruenit post mediam noctem ab extrinseco, nam dicit ipse ad hoc, vt aliquis dicatur frâgere ieiunium naturale necessarium est, vt cibus, vel potus veniat ab extra, vnde id quod ante mediam noctem est in ore non frangit, & citat *D. Thom.* & refert formalia verba *D. Thomæ*, quæ sunt sequentia ieiunium nature dicitur per priuationem actus comestionis, secundum quod comestio positionem etiam includit: comestio autem principaliter dicitur ab assumptione exterioris cibi, quamuis terminetur ad traiectionem cibi in ventrem, & vterius ad nutritionem, & ideò, quæ interior geruntur, sine exterioris cibi sumptione, non videntur soluere ieiunium nature nec impedire Eucharistiæ sumptionem, sicut deglutio saliuæ, & similiter videtur de his, quæ intradentes remanent, & etiam de eructationibus, tamen propter reuerentiam, nisi necessitas incumbat potest abstineri hæc *S. Thom.* in 4. dist. 8. art. 4. in resp. ad 3. Hanc sententiam amplexus est etiam *Bartholomeus ab Angela* cit. à *Diana de celebrat. Missar. resol. 51.*

S. Thom.

Bart. ab

Ang.

Diana.

Septimò petes. Vtrum Sacerdos, qui manè solet deglutire aliquid, ex proprijs vnguibus, vel papis, &c. possit celebrare Missam?

Re-

Respondent negativè, Henriquez & Nugna. cit. à Diana de celebrat. Missar. res. 52. Sed Summa Corona part. 4. cap. 4. num. 65. Sic cit. à Diana, & Ioannes de la Cruz cit. ab eodem Diana loc. cit. probabilius tenent non frangere ieiunium, quia nō comedit illum per modum cibi, vel medicinæ, ex quo infert Ioannes de la Cruz, mulierem terram, aut simile comedentem, siuè illud comedat ob delectationē, quod est comedere per modum cibi, siuè comedat vt colorem minuatur quod est comedere per modum medicinæ non posse post istorum sumptionem, sumere Eucharistiam.

Henriq.
Nugna.
Diana.
Summa
Corona.
Ioa. de la
Cruz.
Diana.
Ioa. de la
Cruz.

Octavo petes. An fragmenta hostiæ consecrata possint sumi à non ieiuno Sacerdote, puta post sumptam ablutionem.

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste Facundus præcept. 3. lib. 3. cap. 5. num. 28. affirmatiuè nempe posse Sacerdotem sumere fragmenta hostiæ consecratæ postquam sumpsit ablutionem, quia pertinet ad idem cōuiuium, ac sacrificium, etiam si huiusmodi fragmenta sint grandiusculæ quantitatis. ita Suarez 3. p. 10m. 3. disp. 66. sect. 6.

Facund.
Suar.

Nonò petes. Intra quod tempus consumi possint, à Sacerdote non ieiuno, an quando Sacerdos est in altare sacris vestibus indutus, vel etiam postea, præsertim, si antea non vidit reliquiam, quæ in patena adhererat?

Suar.

Respondetur, ex *Suarèz* loc. cit. in respons. ad secundum dubium, sic respondet [non videtur dubitandum quin possit Sacerdos, qui post peractum sacrificiû multo tempore fuit in altare dispensando hoc sacramentum, purificare postea vasa sacra, & reliquias sumere tunc consecratas, quæ ad præsens sacrificium pertineant, quia tota est illa vna actio moralis, si autem sint ex præconsecratis consultius erit eas reservare, sicut antea conservabantur.] Postquam autem Sacerdos ab altare recessit, existimat *Suarèz* non posse reliquias consumere per se loquendo, & in hoc conveniunt omnes DD. quos vidi, quia iam explevit Sacerdos ministerium suum: secus verò esset ex accidenti, si non possunt conservari sine maiore irreuerentia, in ea enim circumstantia non solum reliquiæ præsentis sacrificij, sed etiam præteritorum absumi possunt ab ipso Sacerdote non ieiuno, etiam postquam à multo tempore ab altare recessit, ita *Facundèz præcept. 3. lib. 3. cap. 5.* quem sequitur

Suar.

Facund.]

Dia-

*Diana tom. 2. tract. 4. de sacramentis resol. 45. fol. Diana
mibi 154.*

Addit præterea idem *Diana* loc. citato sequentia verba, ac formalia verba. [pro praxi dicendum est, quod si in ecclesijs, vbi plures successiuè celebrantur Missæ, aliquis Sacerdos in sacrestia inueniat in calice, v. g. aliquod fragmentum, tunc alius Sacerdos ieiunus exiens ad dicendam Missam, celebret in illo calice, vt fragmentum illud ieiunus accipiat, sin verò id accidat in aliqua Ecclesia, vbi vna Missa tantum celebratur, & ibi non reseruatur sacramentum, tunc Sacerdos non ieiunus potest tale fragmentum accipere, quia illud reseruari sine maiori irreuerentia, non potest;] hæc dicit *Diana*, quæ satis mihi arrident, & approbo, vt res satis conformes rectæ rationi, ac proinde censeo in vsu poni posse absque scrupulo conscientiæ, tum quia hoc est conforme rectæ rationi, tum quia implicitè colligitur ex DD. licet non ita explicitè hoc dixerint nisi solum doctissimus *Diana*.

*Decimò petes. An possit Sacerdos licitè sumere ante
sumptionem ablutionis, multas particulas à se consecratas.*

Respondetur, ex *Clem. Papa in cap. tribus gradibus de consecrat. distint. 2. tot esse ho-* *Clem. P.*
P 4 *ctias*

232 *De miscellaneis pertinentibus*

stias consecrandas, quot populo sufficiant, si autem aliqua superfuerint, esse consumendas à Sacerdote, quod verbum ait *Suar.* loc. cit. sano modo est intelligendum non enim prohibet eas reseruare, vnde si id commodè fieri potest, melius est, & commodius, ita facere. Sensus ergo est per se loquendo, non est necessariam reseruare id, quod superest ex sacramento, sed posse consumi, nisi propter infirmos aliquid reseruandum sit.

Vndecimo petes. An si guttula aquæ traiciatur in stomachum per modum saliuæ per eiusmodi guttulam frangatur ieiunium naturale, ita ut quis non possit sumere Eucharistiam.

Facund.

Respondetur, ex communi DD. sententia, teste *Facundex præcept. 3. lib. 3. cap. 5. num. 13.* non impedire sumptionem Eucharistiæ, ea, quæ traiciuntur in stomachum per modum saliuæ puta si quis aqua, vel vino abluit os, & effluxit aliquid parû, & imperceptibile in guttur siccum, quia nõ sumitur per modum potus, sed per modum saliuæ. Addunt præterea DD. teste eodem *Facundex* loc. cit. quod si quid attrahatur per modum respirationis, quod possit nutrire, vel alterare, vt muscam v. g. vel quid simile hoc nõ impedire sumptionem

Facund.

sacra-

sacramenti, nec violare ieiunium naturæ : quia illud non est comedere, vel bibere; nec est sumere per modum cibi: dicitur enim, aliquid sumi per modum cibi, vel potus, quando aliquid huiusmodi ore accipitur, quod per se, & propria actione vitali in stomachum traicitur comedendo, vel bibendo, itaque si quis aliquantulam aquam per nares attrahat, quæ in stomachum transmittatur nõ manet impeditus ad summptionem sacramenti, quia non fuit transmissa per modum potus, idem dicitur, si quis deglutiat sanguinem, vel alium humorem, aut ex dentibus, aut ex capite decidentem in os, aut casu ex ore manantem, nempe nõ frangere ieiunium naturæ, nec impedire susceptionem huius sacramenti, quia illud, nec sumitur, nec traicitur per modum cibi. ita *Facundæ* loc. cit. citans *Suaræ* tom. 3. in *Facundæ* 3. par. disp. 63. sect. 4. & affert *Facundæ* loc. cit. *Suar.* autoritatem *D. Thom.* in 4. dist. 8. q. 1. art. 4. ad 3. *Facundæ* ubi generalem hanc regulam tradit: quid *D. Thom.* quid ab intrinseco provenit, & ore non sumitur ab extrinseco, non verò comedi, & ideo nec tollere ieiunium naturæ, nec per se impedire susceptionem huius sacramenti.

Decimosecundò petes. An Sacerdos possit communicare seipsum extra Missam, & an in qualibet hora diei post meridiem?

Re-

234 *De miscellaneis pertinentibus*

Diana.

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste *Diana de celebrat. Missarum* res. fol. 53. & 54. posse Sacerdotem non solum in casu necessitatis, sed etiam deuotionis causa, seipsum communicare extra Missam ex præconsecratis, vbi tamen non esset, nisi ipse tantum Sacerdos, quia in hoc sacramento non requiritur, vt in alijs, vt minister sit persona distincta à suscipiente, & sic in die Parasceue cōmunicat seipsum, non consecrando, hoc intelligitur secluso scandalo, quod quidem scandalum facit ipse Sacerdos vitare poterit, monendo assistentes ne scandalum patiantur, nam ita facere illo casu sibi licet, & potest communicare post meridiem in qualibet hora, dummodo sit ieiunus, & absit scandalum.

Diana.

Sed DD. teste eodem *Diana* loc. cit. dicunt ex reuerentia tanti sacramenti debita non esse extra necessitatem permittendum, vt aliquis sub Vesperam, & qualibet hora dici communicet.

Decimotertio petes. A quo tempore Sacerdos, vel laicus, debeat esse ieiunus ad hoc, vt possit licite communicare.

Facund.

Respondetur, ex *Facundæ præcept. 3. lib. 3. cap. 5. nu. 17.* & est communis DD. opinio, ac consuetudo vniuersalis Ecclesiæ in-

ci.

cipere diem naturalem ieiunii à media nocte, itaque si quis comederet post mediam noctem, statim non posset communicare, quia est iam inceptus alius dies, & consequenter non ieiunus communicaret.

Decimoquarto petes. An sit necessarium, ut communicaturi cibum digesserint, vel somnum coeperint post cibum?

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste *Facund. præcept. 3. lib. 3. c. 5. nu. 6.* non esse necessarium, ut digesserit cibum, vel somnum coeperint ad sumendam Eucharistiam, quamobrè, qui propè mediam noctem, cenauit in Dominica, potest licitè statim post mediam noctem sacrum efficere etiam ante somnum captum.

Facund.

Decimoquinto petes. An dubitans, an audierit mediam noctem, & cum eo dubio bibens possit communicare?

Respondetur, ex *Facundæ præcept. 3. lib. 3. c. 5. nu. 18.* & *Sanchez de matrim. lib. 2. disp. 41. num. 40.* non posse communicare, quia nulla datur possessio ex parte dubitantis: vt autem in dubio melior sit conditio possidentis opus est, vt detur aliqua possessio ex parte dubitantis: cum autem hic nulla detur,

Facund. Sanchez.

236 *De miscellaneis pertinentibus*

tur, cessat profectò ratio, quæ eam susceptionem Eucharistiæ cohonestare possit: immo est possessio ex parte ipsius præcepti non communicandi, nisi seruato ieiunio naturali: & in dubijs, vbi nulla possessio fauet possidenti, id quod tutius est amplecti debet.

Decisesimo petes. An si sonuerit vnum horologium, possit quis comedere in medianocle, donec aliud sonuerit, & die sequenti communicare?

Diana.

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste *Diana tom. 2. tract. 4 de sacram. re- sol. 36.* quod si diuersa sint horologia, & aliquorum sonuerit hora duodecima, aliquorum non sonuerit, potest, qui tunc soluit ieiunium naturale cõmunicare die sequenti, & siuè illa dies, siuè sequens sola sit ieiunij, poterit dubitans cœnare, & edere carnes, quia perinde est, ac si essent duæ opiniones probabiles quarum vtramque licet sequi, & amplecti, neque enim teneor ego sequi vnum horologiũ. Notandum est cum

Diana.

DD. cit. à *Diana* loc. cit. quod si tantum sit vnum horologium, vbi cœpit, sonare duodecima hora aliquis biberet, licet quando sonaret vltimos pulsus, desisset bibere, non poterit die sequenti communicare, quia quando primus pulsus horæ auditur, iam

est

est hora expleta, & horologium est tantum testis id iudicans; & licet diuersi sint pulsus id euenit, quia nequit vno pulsu, hora duodecima indicari; sicut vno pulsu horæ indicatur ex quibus.

Infert *Sancius in selectis disp. 42. nu. 20.* quod qui buccellam habet masticās, & audit primum pulsum horæ duodecimæ noctis tenetur incontinenti de ore eijcere buccellā si die sequenti sacramentū Eucharistiæ velit sumere, postquam verò buccellam eiecerit, non tenebitur esse nimis anxius ad abluendum os.

Sanc.

Decimosextimò petes. An si reliquiæ cibi præcedentis diei, quæ hærent inter dentes, spontè, & voluntariè deglutiantur impediunt communionem.

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste *Diana tom. 2. tract. 4. de sacram. resol. 37.* nō impedire communionem etiam si aduertenter sumantur, quia deglutio talium reliquiarum pertinet potius ad manducationem præcedentis diei, quam præsentis citat *Diana, Molfesium, Pitigianum, Cammarotam, & Rodriquez.*

Diana.

Diana.

Molf.

Pitig.

Cammar.

Rodrig.

Decimoseptimò petes. An qui Eucharistiam accipit, sumit possit statim comedere.

Re-

238 *De miscellaneis pertinentibus*

Facund.

Responderetur, ex communi DD. sententia. teste *Facund. 3. præcept. lib. 3. c. 6. nu. 5.* non esse peccatum mortale post sumptionem Eucharistiæ statim comedere, nec ad est præceptum, licet decens sit non statim alios cibos comedere, nec erit etiam peccatum veniale si cum aliquali causa fiat, nam constat apud Religiosos, qui vltimum sacramentum faciunt, solent statim prandere.

Decimononò tetes. Si particula consecrata adhereat palato, vel fundo calicis sit licitum sacerdoti, digito illam extrahere, vt possit sumere.

Facund.

Responderetur, ex communi DD. sententia. teste *Facundæ 3. præcept. lib. 3. cap. 6. num. 4.* decentius esse, vt per ablutiones iteratas, ac repetitas inde educatur, quâ tactu digiti Sacerdotis, nullum tamen peccatum erit, nec etiam veniale, si digito Sacerdotis decenter inde extrahatur.

Sed dices, si cum vino in calice sumatur particula hostiæ consecrata contingere potest, vt prius vinum trahatur in stomacho, quam particula consecrata, & consequenter non ieiunus communi- caret?

Suar.

Responderetur, ex *Suaræ tom. 3. 3. part. disp. 66. sect. 6.* hoc esse licitum etiam si contin-

tingat, vt prius vinum traijciatur in stomachum, quam particula hostiæ consecratæ, quia tota illa actio ordinatur ad consumptionem ipsius sacramenti, & per modum vnus fit potest autem hæc ratio varijs exemplis confirmari. Primò in die Parasceue, quando particula hostiæ consecratæ vino miscetur, & postea sumitur, tunc enim moraliter loquendo, prius sumitur aliqua pars vini, quam particula consecrata, & idem contingit quotiescunque Corpus Domini accipitur in vino quod propter necessitatem, seu nimiam ægroti sumentis siccitatem interdum fieri potest. Secundò contingit moraliter quando particula consecrata adheret calici post sanguinis sumptionem, tunc, vt supradictum est, non debet Sacerdos illam digito trahere ad os calicis, vt illam absque vino sumat, vnde DD. teste *Suarez* loc. cit. dicunt quod Sacerdos debet vinum imponere ad purificandum calicem & ita sumere etiam si accedat aliquid vini prius sumere: immo quamuis aduertat, vt hausto illo vino, adhuc particula calici adheret, debet iterum, atque iterum, si necesse sit, vinum ponere, & sumere, donec particulam hostiæ consumat, & hoc est licitum non solum Sacerdoti, sed etiam cuilibet communicanti, si contingat particulam hostiæ, ita ori adherere, vt non possit illam traijcere,

Suarez.

240 *De miscellaneis pertinentibus*

re, nam tunc potest sumere vinum, vel aqua, semel, ac saepius donec traiciatur, vt Doctores. teste Suarez loc. cit. affirmant.

Petes vigesimo. An quicumque cibus, vel potus etiam si sit in minima quantitate, & sub quacunque intentione medicinae, vel saluus impediatur communione.

Suar.

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste Suar. disp. 66. tom. 3. 3. pars. sect. 4. impedire communionem, si sumatur per modum cibi, vel potus etiam si sit minima pars, & ita interpretatur ecclesiastica consuetudo hoc præceptum, & pars illa de quantitate minima expressa est in concilio Tolet. 7. & Brac. 2. & colligitur, ex cap. ex parte de celebrat. Missar. vbi Sacerdos in die natali secundam Missam dicturus, prohibetur in prioris Missa sumere calicis abluitionem, ne naturale ieiunium soluat, cum tamen illa sit minima quantitas, & non sumatur propter nutritionem.

Tolet. &
Brac.

Sumptio autem ipsius sacramenti, quamuis ex speciebus possit homo nutriri, non computatur inter ea, quæ soluat ieiunium naturæ propter excellentiam sacramenti, quod non censetur commune corporis alimentum, & idè illa non iudicatur sumptio communis cibi, & potus.

Hinc

Hinc

DD. teste Suarez loc. cit. dicunt minimam **Suar.**
quantitatem cibi, vel potus sumere ante
sumptionem Eucharistiæ esse peccatum
mortale.

Quibusdam visum est esse tantum ve-
niale, quia illa est levis materia, sed hæc
opinio non est sequenda, vt benè censet
Suarez loc. cit. non enim est practicè proba- **Suar.**
bilis opinio.

*Peter vigesimoprimum. An liceat Sacerdoti cõmuni-
care post cibum, & potum propter necessitatem
non suam, sed alterius, idest vt conficiat sacra-
mentum ad communicandum ægrotum, qui est in
probabili periculo mortis in eadem die futura
questio est, quando non adest alia hostia consecra-
ta in alio sacrificio.*

R Espondetur, ex *Maiore in 4. dist. 49. q. 3. Maiore.*
ad 5. affirmatiuè nempe posse Sacer-
dotem non ieiunum facere sacrum ad cõ-
municandũ infirmum in articulo mortis, &
dicit præterea propter similitudinem necessitatem
posse Sacerdotem sine vestibus sacris sacra-
mentũ cõficere, & sine pane azymo, & sine
integritate sacrificij. Secretè inquit accipiẽ-
do frustulum panis, & conficiendo, & dan-
do ægrotò, sed hæc sententia ab omnibus
reijcitur; & tantum dicit Suarez, esse hanc **Suar.**

Q opi-

242 *De miscellaneis pertinentibus*

opinionem probabilem, quando solum Sacerdos non ieiunus, celebrat, cum sacris vestibus, more consueto ad faciendum sacrum.

Suar.

Verum DD. teste eodem *Suar.* loc. cit. censent hoc non licere, nempe Sacerdotem non ieiunum sacrum facere ad communicandum ægrotum constitutum in articulo mortis, quia hæc necessitas non est simpliciter mediæ, ita ut, si non communicet ægrotus non possit saluari, sed tantum est necessitas præcepti, communicatio in articulo mortis, quæ quando haberi non potest iuxta ritum Ecclesiæ non obligat, & satis est, ut ægrotus in voto communicet in tali articulo mortis.

Petus vigesimosecundò. An qui caret pollice, vel sit impotens in pollice sit irregularis.

Suar.

Respondetur, ex *Suar.* tom. 5. 3. part. disp. 51. sect. 3. num. 12. esse irregularem, ut patet ex cap. exposuisti de corpore uisus, & n. 17.

Suar.

idem *Suar.* loc. cit. docet actualem infirmitatem afferre actuale impedimentum, quamdiu durat, quando verò est perpetuum impedimentum, perpetuò durat infirmitatem. docet etiam *Sayr. in Thesaur. lib. 6. c. 15. num. 12.* cum DD. a se cit. nempe, quod qui caret indice, & pollice esse irregularem, quia

Sayr. in Thesaur.

in-

index, & pollex necessarij sunt ad debitum, & tenens altaris ministerium. idem docet *Coninb. disp. 18. dub. 13.* vbi dicit esse inhabiles ad sacerdotium, qui pollicem non habent.

Coninb.

Idem dicit *Toletus lib. 1. cap. 38. num. 20.* & omnes Doctores quos vidi, nec inueni Doctorem in oppositum, qui dixerit cum alio digito præter pollicem celebrari posse, ac hostiam teneri, vt benè docet *Bonacin. 10. 1. disp. 4. punt. 1. n. 10.* Ergo malè consuluit quidam sacerdos alij Sacerdoti, qui habebat pollicem infirmum dicendo, quod poterat celebrare, ac tenere hostiam in manu cum alijs digitis, præter pollicem, vel indicem.

Tolet.

Bonac.

Vigesimotertio petes. An Sacerdos consecret, si transponat verba consecrationis?

Respondetur, ex *Ioanne de Lapide. sol. mihi* 133. Solam transpositionem verborum non impedire consecrationem, sed hoc non est faciendum; verum si sensus variaretur, non fieret consecratio; vt esset si quis interrogando diceret est hoc corpus meum? Præterea aduertendum est, quod si aliquis ob talem transpositionem verborum intelligeret aliquam hæresim, vel errorem in Ecclesia ponere, non consecraret.

Ioan. de Lapide.

Vigesimoquarto petes. An Sacerdos proferens verba interpolata consecret?

Ioan. de Lapide.

R Esponderetur, ex *Ioanne de Lapide* loc. cit. si tempus interpolatum est breue, consecrat. Secus est si longum tempus curret, vt si quis v. g. postquam dixit, hoc est, dormiat, ita vt loquutio non continuaretur, nam tunc non consecraret.

Vigesimoquinto petes. An possit à Sacerdote non interdicto celebrari Missa coram interdicto nominatim, vel coram excommunicato publicè, vel per cedolones, & quid faciendum sit à Sacerdote, si disti nolint exire de Ecclesia.

Suar.

R Espondetur primò, ex *DD.* cit. à *Suar.* *ver.* tom. 5. 3. par. disp. 34. sect. 2. nu. 7. quod si persona sit per cedolones, vel alio modo declarata specialiter, ac nominatim interdicta, vult assistere sacrificio Missæ, & admonita non vult discedere, nec per vim expelli commodè potest sine magno scandalo omittendam esse Missam. Verum si consecratio est facta, vel Canon est coeptus tunc Sacerdos potest Missam prosequi.

Sed *Suar.* loc. cit. sed nu. 10. dicit esse practicè, probabile oppositum, nempe quod celebrari potest Missa à Sacerdote non inter-

terdicto, & non in loco interdicto, coram persona specialiter interdicta per cedolones, vel alio modo declarata quâdo admonita dicta persona interdicta non vult discedere à sacrificio Missæ, nec per vim expelli potest sine magno scandalo; quia nulla est de hoc iuris prohibitio, nec cogens ratio, quia omnia iura, quæ petunt, vt excludantur interdicti, tractant de celebratione loco interdicto, vt patet ex *cap. Alma. & c. cum in partibus de verborum signific. & cap. quod in te de pœnit. & remiss.*

Nec argumentum ab excommunicatis ad interdictos esse validum, nempè sicut omittenda est Missa si consecratio, non est facta, vel Canon, non est cœptus si excommunicatus per cedolones, vel publicus percussor clerici à sacrificio Missæ non vult discedere, ita etiam qui est nominatim interdictus, non vult discedere à Missa, quia excommunicatio grauior est censura, & plura prohibet, & per se vetat excommunicatio communicationem lôgè aliter quam interdictum. Vndè personis interdictis interdum permittitur adesse diuinis excommunicatis autem nunquam, vt patet ex *cap.*

Alma.

Hinc

Infert *Suarez* loc. cit. sed n. 10. seclusa cooperatione, cõtemptu, & abusu proprii muneris, & officij, interdictum per se non obli-

Suar.

Q 3 gat

246 *De miscellaneis pertinentibus*

gat ad vitandam communicationem, nam in *cap. Episcoporum de privilegijs in 6.* prohibetur, ne omnes Ecclesiasticæ personæ admittant ad celebrationem diuinorum publicè interdictos, in dicto autem casu, nec cōuocatur, nec admittitur interdictus, sed permittitur, seu toleratur, quia vitari non potest; secluso ergo scandalo, vel alio accidentali incommodo non videntur ab eam causam omittenda diuina officia.

Suar.

Addo ego ex dicta doctrina Suarez sequi, quod secluso scandalo, quilibet laicus non interdictus potest communicare in diuinis, cum persona publicè interdicta, quia non est officium laici expellere à diuinis personas interdictas publicè, quia à *cap. Episcoporum de privilegijs in 6.* prohibetur solum personis ecclesiasticis, ne admittant ad diuina personas publicè interdictas.

Secus est dicendum de communicatione in diuinis cum excommunicatis publicis, nam cum dictis adest expressa prohibitio, nempe, vt nullus communicet, neque in diuinis, neque in humanis sine causa, & cōsequenter comprehendit etiam laicos, neq; de hoc est dubitandum.

Secus est etiam dicendum, quando Sacerdos non interdictus celebrat in loco interdicto in casibus à iure expressis, & ingreditur persona interdicta nominatim, & nō
 posset

posset expelli, nam tunc omittenda est Missa, dummodo consecratio non sit facta, vel non dum sit cœptus Canon, nam si sit cœptus Canon potest Sacerdos oprosequi Missam usque ad communionem, sumptam, reliquum Missæ est complendum.

Respondetur secundo, ex communi DD. sententia. teste *Suaræ* loc. cit. sed *disp. 12. sect. 1. nu. 8.* quoad excommunicatos denunciatos, vel publicos percussores clerici dico, quod non potest Sacerdos coram ipso celebrare Missam, & si ipse excommunicatus non vult discedere à Missa, Sacerdos tenetur omittere Missam; Si consecratio est facta, vel Canon est cœptus absolvenda est Missa usque ad sumptam communionem, & reliquum Missæ est in sacrestia complendum, vel in alio loco decenti, vt aduertit *Suaræ tom. 5. 3. part. disp. 12. sect. 1. nu. 13.* & colligit hoc *Suaræ* ab autoribus, verum priusquam Missa perficiatur coram excommunicato vitando debet præcedere admonitio, & quando hæc non sufficit, adhiberi potest vis, & coactio absque vlla iniuria, quia illa potius est defensio ecclesiasticæ immunitatis, quam iniuria, & si excommunicatus sit Sacerdos, qui exire non vult, potest etiam per vim expelli absque violatione Canonis *si quis suadente diabolo, &c.* & ideo ad ostiarij munus pertinere dicitur eijcere excommunicatos.

Suar.

Suar.

Q 4 Ad-

248 *De miscellaneis pertinentibus*

Suar.

Aduertit præterea *Suar.* loc. cit. sed *nu.* 16. cum communi DD. sententia, quod quando absoluenda est Missa coram excōmunicato vitando puta quia non potest expelli, nisi interueniente graui scandalo, tunc alij interessentes eidem sacrificio non possunt remanere. Simul cum excommunicato vitando quousque perficiatur Missa, sed tenentur relinquere illam Missam, & solus qui inseruit Missæ est relinquendus.

*Concil.
Constant.*

Dixi excommunicatum vitandum, vel publicum Clerici percussorem, nam post *Concilium Constantiense*, solùm, cum denunciatis, vel publicis clerici percussoribus nō possumus communicare, neque in diuinis, que in humanis, cum alijs verò excommunicatis occultis, & non denunciatis possunt non excōmunicati communicare cum ipsis, tam in diuinis, quam in humanis.

Suar.

Demū aduertit *Suar.* loc. cit. & sentiunt hoc omnes autores, quod vt tam Sacerdos, quam alij interessentes sacrificio tenentur nō cōmunicare cum excommunicato vitando quando adest formaliter, vt sic dicam, ad audiendam eandem Missam: nam licet ibi, vel propè adfit, aliud agens, non propterea communicabitur cum illo. Et idem est si in eadem Ecclesia audiat aliam Missam, quod non solum procedit inter audientes, sed et inter Sacerdotē dicentem, & excommu-
ni-

nicatum: nam licet excommunicatus in vno altare eiusdem Ecclesiæ Missam audiat, non propterea communicabit Sacerdos cum illo, qui eodem tempore in alio loco eiusdem Ecclesiæ Missam dixerit.

Sed in materia hac de excommunicatione, possunt occurrere multi casus practici, quos ponam ad hoc, vt Sacerdos, vel laicus non incurrat scrupulos.

Vigesimo sexto petes. An excommunicatus per cedones sit vitandus vbiq; nempè extra locum, vbi fuit excommunicatus puta à tali Episcopo.

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste *Filijuccio tom. 4. de censuris tract. 13. cap. 4. nu. 49.* excommunicatum ab Episcopo, esse vitandum vbiq;, quia nititur hæc obligatio iure pontificio quod habet vim obligandi vniuersum vrbem.

Debet tamen in omni loco esse publica notitia illius excommunicationis, ad hoc, vt teneamur illū vitare in publico. Si enim tantum esset priuata notitia, sed certa ex fide dignis, in publico non esset vitandus, sed tantum in secreto, & priuatim. ita DD. teste *Filijuccio loc. cit.* ratio potest esse, nam licet potestas ferendi censuras sit de iure diuino, vt rectè probat *Filijuccius loc. cit. sed tract. 11. cap. 2. nu. 24.* tamen institutio censuræ est

Filijucc.

Filijucc.

Filijucc.

de

250. *De miscellaneis pertinentibus*

iure humano : patet quia Christus non dedit modum in particulari eius ferendæ, sed Ecclesia præscripsit modum, qui seruari debet per excommunicationem, priuando bonis ferè omnibus spiritualibus actiuè, & passiuè, ac priuando etiam in diuinis, & in humanis communicatione, &c. sed præceptum non ledendi famam proximo est præceptum naturale. ergo debet præualere hoc præceptum illi ecclesiastico non communicandi cum proximis excommunicatis vitandis in diuinis, & in humanis, quando in loco vbi reperiuntur sunt secreti, etsi alibi sint publici, ac denunciati excommunicati, ergo in publico excommunicati denunciati, nõ sunt euitandi, neque in diuinis, neque in humanis, quando sunt occulti, vbi reperiuntur; sed tantum in secretò, & priuatim sunt vitandi.

Vigesimosextimò petes. An ipsi excommunicati sint obligati alios vitare, nedum quando sunt excommunicati denunciati per cedolones, vel alio modo, sed etiam quando sunt tantum excommunicati occulti, & non denunciati.

Filijucc.

Respondetur, ex Elijuccio tract. 13. c. 3. nu. 52. & ex cap. illud de cleric. excommun. quod si sermo sit de excommunicatis denunciatis, ac nominatis, certum est eos teneri

neri ad alios vitandos, tum in diuinis, tum in humanis, si verò loquatur de excommunicatis occultis, & non denunciatis etiam ij tenentur, ex seipsis vitare alios, nedum in humanis, sed etiam in diuinis: in gratiam tamen aliorum, qui non sunt excommunicati, si ij cum ipsis agant, possunt, & ipsi vicissim agere quantum p̄stulat aliorum causa.

Primum probatur ex *Extravag.* ad euitanda, quæ declarat in fine non esse suæ intentionis in aliquo suffragari ipsis excommunicatis, consequenter remanent in prohibitione iuris antiqui, quæ neminem excipiebat, & æque se extendebat ad denunciatos, & occultos. Secundum patet ex eadem, & necessaria ratione: nam cum *Extravag.* cit. concedat alijs facultatem communicandi cum ipsis, ne hæc sit frustratoria, debet necessaria consequentia inferri, & ipsos requisiti a non scommunicatis, posse vicissim agere in fauorem ipsorum.

Extravag.

Extravag.

Vigesimo octauo petes. Quando occulti excommunicati, & non denunciati peccant mortaliter, aut venialiter?

R Espondetur, ex *Filijuccio tract. de censuris tract. 13 c. 3. nu. 42. 54. & 55.* peccare mortaliter quando assistunt rebus diuinis, pu-

Filijucc.

252 *De miscellaneis pertinentibus*

puta Missæ, ac diuinis officijs, & si excommunicati non denunciati sunt Sacerdotes, non solum peccant mortaliter ministrando sacramenta, si nō sint requisiti, ac sine causa se ingerunt, & quodammodo inuitant ad sacramenta, sed etiam incurrunt irregularitatem, vt patet ex communi DD. sententia. teste Suarez tom. 5. 3. part. disp. 11. sect. 3 quia nullus fauor est concessus ex Concilio Constantiensi excommunicatis occultis, & non denunciatis. Si verò ad instantiam non excommunicati petentis, vel moraliter sit necessarium, vel vtile, vt excommunicatus conferat sacramenta, tunc occultus excommunicatus potest sine peccato, & consequenter sine irregularitate ministrare sacramenta.

Suar.
Concil.
Constant.

In particulari autem primo Parochus potest sine peccato ministrare sacramenta petenti, si non sit alius, & ipse hic, & nunc non possit antea ab aliquo absolui ab excommunicatione. Secundò, Sacerdos occultus excommunicatus, qui non tenetur ex officio ministrare sacramenta, potest sacramenta ministrare si is, qui petit, habet saltem communem necessitatem, & non sit alius, vt tenet Suarez tom. 5. 3. par. disp. 9. sect. 4.

Suar.
Nauarr.

n. 12. citās Nauarr. peccāt verò venialiter excommunicati occulti, & nō denunciati, quādo non ad instantiam non excommunicati, & sine

sine causa habent communicationem cum alijs etiam si non sint excommunicati.

Vigesimo nono petes. An Episcopi possint communicare cum excommunicatis vitadis ab ipsomet episcopo, qui eos excommunicavit.

Respondetur, ex Filijucco de censuris tract. Filijucc. 13. cap. 3. num. 46. non posse nam etsi in potestate eorum sit eos absoluerè, & absolutos deinde licitè communicare, si tamen non absoluantur, sed maneant excommunicati, subijcientur iuri communi præcipienti, vt ab omnibus vitentur, & supra ius commune non possunt Episcopi dispensare, ergo, &c.

Trigesimo petes. Quid faciendum sit à Sacerdote, si dum facit sacrum recordetur se non esse ieiunum, vel conscius alicuius peccati mortalis?

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste Layman tract. 4. de Eucharist. c. 6. Layman. nu. 4. Si sine scandalo, & sine vlla nota infamiae potest confiteri, teneri ad hoc, nèpè ad confitendū, sed si non potest confiteri, sine scandalo, aut nota infamiae non tenetur confiteri, sed tantum teneri elicere actum cōtritionis, quia præceptum de evitando scandalo, aut de evitanda infamia est
p̄a-

254. *De miscellaneis pertinentibus*

præceptum diuinum naturale, præceptum
verò præmittendi confessionem, fatetur esse
præceptum purum diuinum ergo præua-
lere debet præceptum diuinum naturale
illi præcepto puro diuino.

Henriq.

Addit verò *Henriques lib. 8. cap. 46. num. 3.*
sequentia, ac formalia verba. [Excusatur à
præmittenda confessione, si vitare nõ pos-
sit periculum magni scandali, vel infamiae,
nisi sic committitur, aut celebret: vt qui in
altare cœpta Missa recordatur peccati mor-
talis,] hic verò memor etiam ante conse-
crationem, nõ tenetur vocare confessa-
rium, quamuis commodè, & sine scandalo
posset, at si se excommunicatum meminit
ante consecrationem, aut non ieiunium, di-
mittat Missam cœptam, nisi sequatur scan-
dalum, post consecrationem tamen memor
perficiat contritus propter integritatem
sacrificij.

*Trigesimoprimum p̄tes. Qualis intentio sufficiat ad
efficiendum sacramentum Eucharistiæ.*

Antequam respondeam.

Suppono primò multiplicem posse esse
intentionem; alia dicitur actualis, alia
habitualis, alia virtualis, alia interpretatiua,
seu remota, & in causa tantum dicitur Intē-
tio actualis, quando quis dum vult operari
actu

actu cogitat, & præbet consentium ad efficiendam talem rem, ita ut coexistat exteriori actioni, dicitur intentio habitualis, quando v.g. præcessit voluntas faciendi sacramentum, & postea nullo modo influit in effectum, seu in actionem externam, quia neque villo modo est postea in memoria, seu cogitatione hominis, nec per se, aut per aliquem effectum, seu virtutem relictæ, & causa talis actionis; sit exemplum, si quis haberet propositum applicandi sacrificium Petro v.g. & sine alia voluntate faceret sacrû, non ob id valor sacrificij esset applicatus Petro, quia propositum illud fuit quasi de futuro.

Intentio virtualis dicitur illa, quæ à principio fuit actualis, & postea in progressu actionis virtualiter duret, & non retractatur per actum contrarium, ut si quis velit facere sacrum, & ideò se induit vestibus sacerdotalibus, nempe causa dicendi Missam, & consecrandi, sed quando vult consecrare, non elicit actualem intentionem consecrandi, nec retractat priorem voluntatem actualem consecrandi, hic dicitur virtualiter consecrasse. Intentio remota, seu interpretatiua, & in causa, censetur esse in voluntario indirecto, explicatur, sicut Sacerdotè, qui inebriari solet, & eo tempore quo ebrius est, verba consecrationis super pane diceret,

256. *De miscellaneis pertinentibus*

ret, non consecraret, quia ipse voluit directe ebrietatem, non consecrationem quia hoc non continetur in illa causa.

His positis.

Suar.

Respondetur, ex communi DD. sententia, teste Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 13. q. 84. sect. 3. intentionem habitualement, neque interpretatiuam sufficere ad conficiendum sacramentum, nec requiritur actualis intentio quamuis sit perfectissima, sed sufficere potest intentio virtualis; durabit autem haec intentio virtualis donec, vel finiatur, vel obtineatur res prius intenta, vel donec per contrariam intentionem, vel per aliquod superueniens impedimentum interrumpatur, & tunc necessaria erit noua voluntas, vt interrupta actio iterum inchoetur, seu continuetur.

Trigesimosecundo petes. An si sit magna celebrandi necessitas celebrari possit sine stola, manipulo, vel cingulo benedicto, vel sine ministro, vt puta quia frequens populus non sine scandalo, ac murmure dimitti debet.

Layman.

Respondent cum DD. quos sequitur, & citat Layman tract. 5. cap. 6. num. 17. de sacrificio Missae in supradicto casu posse dici Missam sine stola, aut sine manipulo, vel cingulo benedicto, sine ministro. Notant

ve-

verò *Nauarr. AZor. & Sa*, cit. ab eodem *Layman* loc. cit. manipulum in tali casu posse posse alicui inferuire pro stola, & stolam pro manipulo: cum eandem benedictionem habeant; Quamobrem si ex stola manipulus conficiatur, vel viceversa, opus non est noua benedictione.

Si autem tanta necessitas celebrandi non est, etiamsi currat præceptum audiendi sacrum, intermicenda est, si stola, manipulus, vel minister altaris haberi non possit, nam in eo casu, quo Missa ritè, ac decenter celebrari non potest, cessat obligatio legis de sacro faciendo, vel audiendo, ita *D. Anton. & Henriques* cit. à *Layman* loc. cit.

Trigesimotertio petes. An Missa incepta possit iterum inchoari, interueniente iusta causa.

Respondetur, ex *Nauarr. Henriq. AZor, Scortia & Sa*, cit. à *Layman* tract. 5. cap. 7. nu. 2. in fine quos sequitur idem *Layman* hoc posse fieri interueniente iusta causa, nempe iterum inchoare Missam, puta si Episcopus, Dux, vel processio populi adueniat, quos integram audire deceat, & non sit alia Missa dicenda; hoc intelligitur si oblatio nondum facta fuerat, alioquin non liceret, iterum incipere sacrificium, *Scortia* vero de sacrificio *Misse* lib. 2. cap. 18. nu. 2. dicit quod iusta

R sta

Nauarr.
Azor.
Sa.
Laym.

D. Ant.
Henriq.
Layman.

Nauarr.
Henriq.
Azor.
Scortia,
& Sa.
Layman.

Scortia.

258 *De miscellaneis pertinentibus*

ita causa est repetendi Missam ab initio, si post dictam Epistolam, superueniat Princeps, Dux, Cardinalis, Episcopus, multi iter facientes, qui non possunt commodè sequentem Missam expectare citat *Nanarr. not. 16. de oratione, & in miscell. 86.* Ita etiam dicit *Henriquez lib. 9. c. 30. nu. 3.* idem dicitur si in Ecclesia sit baptizandus proximus mortui, vt ait *Glossa cit. à Scortia loc. cit.*

Nanarr.

Henriq.

Scortia.

Trigesimoquarto petes. An teneatur Sacerdos interrumpere Missam, si recordetur se realiter non esse Sacerdotem.

Henriq.

Respondetur, sic ex *Henriquez lib. 9. cap. 30. num. 5.* quod si cœpta Missa admo-
neatur, ipsum non esse verum Presbyterum, nec possit probabiliter conscientiam deponere propter grauitatem asserentis; pre-
textat se morbo impediri, nec prosequatur Missam. Hæc sunt formalia verba *Henriquez loc. cit.* ita etiam tenent *Bonauen. Suarez, & Sylu. cit. à S. Fausto de sacrificio Missæ in tract. de Euch. l. 2. q. 330.* Hic casus non facile reperitur in Summistis, idcirco operepretium existimauimus, ponere hunc casum ne curiositas alicuius infatisfacta remaneat.

Henriq.

Bonauen.

Suar.

Sylu.

S. Faust.

Trigesimoquinto petes. An celebrari possit Missa ante Matutinum sine peccato mortali?

Re-

Respondetur, ex communi DD. sententia. teste *Emanuel Sa* verbo *Missæ num. 22.* *Ema. Sa.* non esse peccatum mortale dicere Missam ante Matutinum, quia nullum est in iure præceptum, nec contraria consuetudo, nèpè dicendi Missam post matutinum obligat sub mortali quia Missa nullam habet connexionem cum officio.

Trigesimosexto petes. An liceat in Sabbato Sancto plures Missas privatas in eadem Ecclesia celebrare?

Respondetur, ex *Navarr. cap. 25. num. 88.* & *Navarr. Henriquez lib. 9. cap. 24. nu. 3.* non esse licitum in die Sabbati Sancti plures Missas præter solemnem, in eadem Ecclesia celebrare. *Henriq.*

Sed *Soto, Suarez, scortia, & Coninchus.* teste *Soto.* *Layman tract. 5. c. 4. nu. 8.* dicunt hoc esse licitum nimirum plures Missas in die Sabbati Sancti præter solenè in eadè Ecclesia celebrare; addit *Laym. loc. cit.* tutius esse, abstinere à dicta celebratione etiam priuatim: nisi causa aliqua exigat v. g. ad infirmum communicandam. Publicè autem in Ecclesia, præter officium solemne, aliæ Missæ celebrandæ non sunt, cum populi admiratione, & scandalo: & contra receptam consuetudinem Ecclesiæ. *Suar. Coninch. Layman.*

260 *De miscellaneis pertinentibus*

Innoc.

A fortiori dicitur in feria sexta hebdomadæ sanctæ esse illicitum sacrificare, sicuti testatur ex antiqua traditione Ecclesiæ; vt *Innoc. epist. 1. ad decentium cap. 4.* & refertur in *6. Sabbatho d. 3. de consecration.*

Trigesimoseptimò petes. Si species vini congelentur, an iterum faciendâ sit consecratio?

Bonac.

Respondetur, ex DD. teste *Bonacin. tom. 1. disp. 4. punt. 10. num. 18.* non esse iterum faciendam consecrationem, si species vini congelentur, quia nihil substantiale desideratur, sed species congelatæ sunt calefaciendæ, vt sumantur per modum potus.

Trigesimo octauò petes. An teneatur Sacerdos præmittere confessionem quando est conscius peccati mortalis, & vult ministrare alijs Eucharistiam.

Bonac.

Rodriq.

Respondetur, ex *Bonacina tom. 1. disp. 4. punt. 1. num. 3.* & citat *Rodriq.* Sacerdotem habentem conscientiam peccati mortalis, teneri antequam Eucharistiam administret, præparare se ad gratiam per confessionem, vel saltem per contritionem, cum non sit necessaria confessio, quando Sacerdos administraturus est alijs Eucharistiam. Secus est quando est suscepturus Eucharistiam.

Tri-

Trigesimonononè petes. An sit opus, ut sit ieiunus Sacerdos, quando vult alijs administrare Eucharistiam.

Respondetur, non esse opus, ut sit ieiunus, cum hoc nullo iure diuino, vel Ecclesiastico præcipiatur; ita DD. teste *Bonac. loc. cit. sed n. 6.*

Caueat tamen Sacerdos, ne illam administret non seruato ritu, & decencia tanto sacramento debita. Hinc

Primò sequitur, Parochû non posse Eucharistiam ad infirmû deferre, quoties eam ferre nequit cum habitu decenti, idest cum stola, & superpelliceo præcedente lumine; ita *Sylu. verb. sacramentum num. 3. & Possseuinus cap. 5. nu. 39.*

Sylu. & Possseuin.

Secus est dicendum de extrema vnctio-
ne: Parochus enim tenetur eam administra-
re, quamuis eam deferre nequeat ad infir-
mum cû solemnitate, nam extrema vnctio,
idest materia sacramenti extremæ vnctionis
non est sacramentum, consequenter non
indiget tanta veneratione, quanta adhiben-
da est sanctissimo Sacramento Eucharistiæ,
ita *Possseuin. & alij cit. à Bonac. loc. cit. sed nu. 8.*

*Possseuin.
Bonac.*

Secundò sequitur, Parochum non teneri
Eucharistiam ad infirmum propè moritu-
rum deferre, si timeat fore, ut eam non pos-

R 3 fit

262 *De miscellaneis pertinentibus*

fit administrare infirmo, nisi valdè festinan-
ter currat, nam cursus nimis festinus, vide-
tur repugnare reuerentiæ tantò sacramen-
to debitæ.

Secus dicendum de baptismo, & poeni-
tentia: quoties Parochus probabiliter ti-
muit fore, vt poenitens decedat cum pec-
cato mortali, nisi festinanter currat, tunc
enim tenetur festinanter currere, etiam si
non dum integrè vestitus sit, aut Cœlum
pluuiam minetur, aut frigus acriter prædo-
minetur, etiam si periculum sit, vt Sacer-
dos habeatur tanquam fatuus; quia prox-
imus censetur esse in extrema necessitate
propriæ salutis. ita DD. teste *BONAC. loc. cit.*
sed *nu. 9.*

BONAC.

*Quatragesimò petes. An qui præmisso examine con-
scientiæ, credit se esse in statu græviæ, cum re ipsa,
peccatum mortale habeat, quod inuincibiliter
ignorat, recipiat fructum, & effectum sacramenti
Eucharistiæ nempe gratiam?*

SUAR.

BONAC.

BONAC.

Marsil.

Adr. &

Caiet.

Respondetur, ex *Suarez tom. 3. 3. p. disp.*
63. sect. 3. & est communis Theologo-
rum sententia. teste *BONAC. tom. 1. disp. 4.*
p. I. nu. 32. non recipere gratiam, nec morta-
liter peccare, vt docent *BONAVENT. Marsil. Adr.*
& Caiet. cit. à Suarez loc. cit. quia potest ho-
mo existens in peccato mortali accedere

ad

ad hoc sacramentum suscipiendum, non solum sine contritione, sed etiam sine vera attritione sine noua culpa.

Deinde etiam accidere potest, ut aliquis sit naturaliter oblitus mortalis peccati prius commissi, vel quod ex naturali inadvertentia non existimet se esse in malo statu, sed bona fide accedat, aut etiam contingere potest, ut credat esse veniale peccatum, quod re vera fuit mortale. Verum omnes DD. concludunt quod si ipse talis, re vera elicuisset actum attritionis putatum contritionis recipere gratiam virtute sacramenti.

Aliqui verò DD. teste *Henriquez lib. 8. cap. 45. num. 2. littera M.* dicunt quod si quis præmissa conscientie examinatione accedat bona fide absque vlla pœnitentia, quia non recolat peccatum mortale quod re ipsa habet, iustificare, ac recipere gratiam virtute sacramenti Eucharistie, sed hoc rejicitur ab eodem *Henriquez loc. cit. & communiter* est rejecta dicta opinio; nam saltem requiritur attritio supernaturalis putata contritio, quando quis inuincibiliter existimat se non esse culpæ lethalis reum.

Alij denique DD. non nominati à *Bonac. tom. 1. disp. 4. q. 6. punt. 1. num. 32.* dicunt suscipientem Eucharistie sacramentum, teneri elicere aliquem contritionis, vel attritionis actum, ne careat fructu sacramenti; nam

Henriq.

Henriq.

Bonac.

264 De *miscellaneous pertinentibus*

fieri potest, vt sit in peccato mortali, & consequenter non recipiat gratiam, nisi contritionis, vel attritionis actum eliciat; Sed hæc opinio communiter reiicitur à DD. quia licet sit vera opinio quoad acquirendam gratiam virtute sacramenti Eucharistiæ, tamen nulla est obligatio eliciendi dictos actus, quando quis præuia diligenti examine accedit ad sacramentum Eucharistiæ, & putat se non commisisse mortale scelus.

Quatragessimò primò petes. An Eucharistia ministranda sit infirmo, de quo non constat, an sit ritè dispositus.

Respondetur, ministrandam esse, nam is præsumitur dispositus, quem non constat esse in statu peccati mortalis, cum nullus præsumatur malus, nisi probeatur; Si verò antea fuit in statu peccati mortalis necesse est, vt Sacerdos ministraturus Eucharistiam, sciat ipsum confessum fuisse, vel signa contritionis adhibuisse post patrata delicta, ne sacramentum indigno administret, sufficit autem vt hoc sciat per testem fide dignum, aut aliunde probabiliter credat, ipsum esse ritè dispositum. ita DD. teste *Bonac. loc. cit. sed nu. 42.*

Bonac.

Qua-

Quaragesimosecundò petes. An Sacerdos recipiat gratiam, qui deglutit tantum parte hostiæ, moritur.

R Espondetur, ex communi DD. sententia, teste Bonac. tom. 1. disp. 4. q. 4. punt. 2. num. 3. recipere gratiam, quia Christus reperitur in quavis parte hostiæ consecratæ, & consequenter totum producit effectum. Bonac.

Dicendum est præterea effectum Eucharistiæ produci, deglutita prima parte per ordinem etiam ad reliquas partes; nam hoc sacramentum est per modum vnius refectionis, & conuiuij, & est vnum indiuiduum sacramenti, quod integratur non solum ex parte deglutita, verum etiam ex deglutienda.

Quaragesimotertiò petes. An recipiant gratiam, qui species Eucharistiæ detinent in ore donec corrumpantur.

R Espondetur, ex Bonac. loc. cit. sed num. 2. eos, qui diù retinent hostiam consecratam in ore, ita vt species corrumpantur, antequam deglutiantur, non recipere fructum Eucharistiæ, quia non dicuntur Christum manducare. Bonac.

Qua-

Quatragesimoquarto petes. An Sacerdos possit celebrare Missam cum vno communicino ?

R Espondetur affirmatiuè, nempè celebrari posse Missam cum vno communicino, quando hostia non adest quia in contrarium non est præceptum, nec adest Canon hoc prohibens, & melius est celebrare cum vno communicino quam non celebrare, quamuis non sit festum de præcepto, hoc intelligitur, secluso scandalo, & in secretò, vt rectè ait Pinellus, in tract. de sacris. Missæ part. I. c. 12. fol. mibi 134.

Pinell.

Quatragesimoquinto petes. An qui profert verba consecrationis, & non audiuntur à proferente, teneatur repetere, & habere saltem intentionem sub conditione, iterum consecrandi.

R Espondetur satis beneficere, qui non audiuit verba consecrationis à se prolata, si iterum repetat, & saltem sub conditione habeat intentionem iterum consecrandi, nam sub opinione DD. cadit, an oratio sit necessaria, vt audiatur à proferente, an non.

Caiet.

Caietan. 2. 2. q. 83. art. 12. putat necessarium esse, vt recitans priuatum officium, ita verba proferat, vt seipsum audiat.

Arzot.

Ad sacrificium Missæ. 267

Azor. lib. 10. cap. 11. q. 4. & alij docent satis esse vocem formare, linguam, & labia mouendo, etiam si à nemine, neque ab ipso proferente audiri possit, *Medina c. de oratione q. 7.* censet tam altam debere esse vocis pronuntiationem, vt à propè astantibus, si adessent, neque essent impediti, audiri possit.

Azor.

Medina.

Prædicti autores loquuntur de recitatione priuata officij diuini, sed eadem est ratio de recitatione verborum consecrationis Eucharistiæ.

Quatragesimosextò petes. An cum vestimentis enormiter immundis possit celebrari Missa absque peccato.

R Espondeatur, ex Syluest. verbo Missa 1. num. 2. si cum vestimentis enormiter immundis celebrat Sacerdos, peccat mortaliter; ita alij DD. cit. à Bonac. tom. 1. disp. 4. q. ult. punt. 9. nu. 23. quia facit contra reuerentiam tantò sacramento debitam.

Sylu.

Bonac.

Quatragesimosseptimò petes. An Sacerdos teneatur sub peccato mortali, cum se induit vestimentis Sacerdotalibus, dicere orationes consuetas, ac in Missale positas.

R Espondeatur, ex Syluio in 3. p. q. 83. art. 6. qui citat Nauarr. & Azor. peccare mortaliter.

Sylu.

Nauarr.

& Azor.

268 *De miscellaneis pertinentibus*

mortaliter Sacerdotem induentem se vestimentis sacerdotalibus, & non recitantem orationes positas in Missale.

Diana.

Sed innumeri DD. teste *Diana tom. 1. de celebratione Missarum resol. 41.* dicunt, si sine contemptu id faciat, non peccare Sacerdotem relinquentem supradictas orationes; quia nullum adest præceptum, seu lex præcipiens, dictas orationes à Sacerdote dicendas, sub onere peccati mortalis, & licet sint positæ dictæ orationes in Missale, tamen non obligant sub mortali, vt docent DD.

Facund.

& præcipuè *Facundez tract. 1. lib. 3. c. 21. n. 32.*

Quatragesimo octavo petes. An Sacerdos in Missa maiori peccet, si non legat submissa voce Epistolam, & Euangelium, postea à subdiacono, & diacono canendum?

Facund.

Ema. Sà.

Respondetur, ex *Fernandez in exam. Theol. par. 3. cap. 5. §. 13 num. 15.* & *Emanuel Sà, verb. Missa num. 51.* teneri Sacerdotem submissa voce legere Epistolam, & Euangelium legere etiam si postea à subdiacono, & diacono sit canendum.

Vega.

Rodrig.

Grillal.

Nauarr.

Diana.

Sed *Vegha, Rodriquez, Villalobos, & Nauarr.* cit. à *Diana tom. 1. de celebratione Missarum resol. 42.* dicunt non teneri Sacerdotem legere submissa voce Epistolam, & Euangelium.

Qua-

Quatragesimonono petes. An Sacerdos peccet mortaliter, celebrando Missam, sine ministro, ne careat Missa in die festo.

R Espondetur, ex communi DD. sententia. teste *Diana, de celebrat. Missar. resolut. 43.* esse licitam celebrationem Missæ sine ministro in magna necessitate, qualis est diei festi, aut dandi moribundo viaticum, vel quid simile. *Diana.*

Quinquagesimo petes. An deficientibus particulis, possit Sacerdos partem hostiæ alteri præbere?

R Espondetur, ex *Sylu. v. Eucharistia 3. nu. 15.* *Angelo verb. Missa n. 27. Graffio, Scortia,* & alijs teste *Diana de celebrat. Missarum resol. 37.* non solum hoc esse licitum quando proximus est in periculo probabili mortis, & vult communicare, sed etiam licere Sacerdoti celebranti partem suæ hostiæ alteri præbere, quando quis causa deuotionis vult communicare. *Sylu. Angelo. Graffio.*

Quinquagesimoprimo petes. An Sacerdos in nocte natiuitatis possit tres Missas, ante auroram celebrare.

R Espondere, ex communi DD. sententia. teste *Diana de celebrat. Missarum, resol.* *Diana.*

270 *De miscellaneis pertinentibus*

Coninch.

sol. 35. & Conincho in 3. p. q. 83. num. 218. posse dici omnes tres Missas à Sacerdote nocte natalis ante auroram, nempe post mediam nocte, quia in *cap. nocte sancta, de consecrat. dist. 1.* absolutè conceditur, vt nocte natiuitatis Missæ celebrentur, sine vlla restrictione.

Quinquagesimo secundo petes. In qua hora diei possit Sacerdos finire Missam, & incipere Missam?

Suar.

Respondetur primò, ex DD. teste Suarez 10. 3. 3. p. disp. 80. sect. 43. n. 3. & ex DD. cit. à Diana de celebrat. Missarum resol. 34.

Diana.

Missas priuatas finiendas esse vsque ad meridiem inclusiue.

Suar.

Dicit verò Suarez loc. cit. si festum sit solemne, & Missa publica, & concio non finiatur vsque ad vnam, vel duas horas post meridiem, tunc posset Missa priuata inchoari post finitum solemne officium, maximè, ne aliqua pars populi Missa priuatur iuxta doctrinam Leonis Papæ epistola 81. ad Dioscor. c. 2. idemque permitti potest, si ratione itineris occurrat necessitas celebrandi in die festo Paulo post meridiem, dummodo vnus horæ tempus non excedatur quod significauit Soto, & fauet consuetudo, ait Suar.

Leo. Pa.

Soto.

Suar.

Respondetur secundò, initium auroræ esse terminum, antequam regulariter non licet Missam inchoari, vt docent communi-
ter

ter DD. teste Suarez loc. cit. sed num. I. patet ex consuetudine ecclesiæ, & regulis Missalis, nomine auroræ omnes DD. docent non esse intelligendum ortum solis, id est ascensum corporis solaris supra nostrum horizontem, sed initium crepusculi diei, seu primam irradiationem lucis.

Sed dices. An sit licitum celebrare ante auroram sine peccato.

Respondetur, ex Gabriele, & Scoto cit. à Suarez loc. cit. esse licitum inchoare Missam vna hora, & quarta parte horæ ante ortum solis Paludanus, & Victoria quos citat, & sequitur Suarez loc. cit. dicunt, posse licitè inchoari Missam dimidia hora ante crepusculum, ita vt finis Missæ sit sub initium crepusculi, plus, minusuè, & hoc est in praxi seruandum dicit Suarez loc. cit. apertè verò dicit Suarez loc. cit. nõ esse peccatum si Sacerdos celebraret hora, & dimidia ante ortum solis.

Addunt Rodriquez, Fernandez, Paludanus, Victoria, & Pitigianus cit. à Diana de celebrat. Missarum resol. 33. posse anteuerti tempus, vt Missa finiatur hora, & dimidia incipiente, ante radios manifestos solis, quod est asserere, posse Missam incipi duabus horis, ante apertos radios solis.

Quin-

Quinquagesimotertio petes. *An Sacerdos, peccet mortaliter, si in aliquo loco, ubi non adesset Missale, celebraret Missam.*

Diana. **R**espondetur, ex multis DD. teste *Diana de celebrat. Missarum resol. 46.* peccare huiusmodi Sacerdotem celebrantem sine Missale.

Diana.
Layman. Citat *Diana, Layman. tract. 5. c. 6. num. 12. & non n. 17.* & refert quod dictus *Layman* oppositum teneat, nempe quod non sub peccato tenet Sacerdos celebrare cum Missale, nam, ut ego vidi, hoc non dicit, sed requirit missale ad celebrandum.

Quinquagesimoquarto petes. *An Sacerdos, qui ex intentione non nominat aliquem sanctum eorum, qui sunt in Canone Missæ, ponuntur, peccet mortaliter.*

Nugno. **R**espondetur, ex *Nugno in 3. p. tom. 1. q. 83. art. 2. dub. 2. conclus. 2.* peccare mortaliter. Sed

Filijuct.
Homobon.
Diana. *Filijuceius tom. 1. tract. 5. nu. 155. & colligitur ex Homobon. cit à Diana de celebrat. Missarum. resol. 49. non peccare mortaliter.*

Quinquagesimoquinto petes. *An in nocte natalis Sacerdos nolens celebrare omnes tres Missas, sed unam*

*Unam tantum, possit relinquere primam Missam,
& dicere secundam, vel tertiam si placuerit.*

Respondetur, ex communi DD. sententia, teste *Diana de celebrat. Missarum resol.* 39. posse dicere Missam primam, vel secundam, vel tertiam, si Sacerdos unam tantum Missam in die natiuitatis celebrare voluerit.

Diana?

*Quinquagesimo sexto petes. An Sacerdos obligatus
quotidie celebrare, possit ex causa maioris honestatis unam Missam in hebdomada omittere?*

Respondetur, si institutio, seu legatio, ac obligatio Missæ quotidianæ, referatur ad locum, vt si dicatur Missæ quotidie in tali Ecclesia, in altare maiori, vel in tali cappella, tunc Sacerdos qui huiusmodi onus habet Missæ celebrandæ, tenetur quotidie sine vacatione celebrare per se, vel per alium. ita affirmant DD. teste *Fraxinell. de obligat. Sacerdotis conclus. 4. S. 1. sol. mihi 104.*

Fraxin?

Si verò institutio Missæ quotidianæ referatur ad personam Sacerdotis, his verbis, vt per se, vel per alium celebrare teneatur, & tunc fundatio Missæ non admittit vacantiam, & consequenter tenetur Sacerdos quotidie celebrare, & nullam Missam potest sibi, vel alij applicare.

SI

274 *De miscellaneis pertinentibus*

Si autem institutio cappellanix, his verbis fundatur: Eligatur Cappellanus, qui quotidie celebret: & tunc Sacerdos non tenetur quotidie celebrare, sed posse aliquoties in anno, vt quater, vel sexies, pro seipso, vel pro aliquibus sibi valde coniunctis, vel benefactoribus celebrare; quia credibile est pium institutorem quotidianæ Missæ si de tali casu præcogitasset, vel interrogatus fuisset, id minimè negasse.

*Alfons.
de Leon.
& Lych.
Fraxin.*

Ita *Alfonsus de Leone, & Lychet.* quos citat, & sequitur *Fraxinellus de obligat. Sacerdotis conclus. 4. sect. 4. fol. mihi 108.*

Quinquagesimoséptimo petes. An Cappellanus obligatus singulis diebus dicere Missam excusari debeat a gravitudine impediente?

Respondetur, si expressè haberetur in fundatione, quod non lucretur fructus cappellanix, nisi Missas dicere curet per aliû, tunc tenebitur, vel per alium supplere, vel ipse cum convalerit, eas dicere, nisi longa esset tardatio, vel ratam restituere; si verò id non dicitur in fundatione, sed simpliciter quod dicantur tres Missæ in hebdomada, & ob id certa quantitas cappellano cõsignetur, est distinguendum; si infirmitas esset brevis, puta unius, vel duorum mensium, non teneretur cappellanus.

Ianus iterum dicere, aut restituere.

Non enim est credibile fundatorem voluisse, ita strictè obligare, cum suam mentem non explicaret, nec certè est rationabile tantum emungere. Si verò largitior sit infirmitas tenebitur cappellanus, vel missas per alium dicere, vel restituere, ne tanto tempore fraudentur defuncti. ita *Naldus* verbo *missa*, & ante ipsum *Petrus*, *Narr.* lib. 2. c. 2. n. 210. & suffragatur, quod decernitur in *l. arboribus* § *de illo*, ff. *de usufructu*, quo loco *Gloss.* adnotavit salarium famulo esse præstandum quo tempore ægrotus sit, quam sententiam probant, *Innocent.* *Ioann.* *Andreas*, *Barb.* in c. 3. de loc. 25. *Dominic.* in §. qui verò cap. host. & *sauei* l. 4. §. *sticus*, si hæc, ff. *de statis* lib. ult. ubi conditio seruiendi certo tempore censetur contigisse, si eo tempore, morbo impediendo, non est seruitium præstitum.

Naldus.
Pet. Na.

Innoc.
Io. And.
Barb.

Quinquagesimo octavo petes, An Missæ celebrari possint in oratorijs priuatis cum licentia Episcopi.

Respondetur negatiuè, nempe nõ posse concedi licentiam ab episcopo, vt missæ celebrentur in oratorijs priuatis, vt patet ex littera Sacræ Congregationis ad Archiepiscopum Bononiensem relata per extensum à *Naldo* verbo *Missæ*, sed esse recurrendum ad Sedem Apostolicam pro

Naldo.

276 *De miscellaneis pertinentibus*
eiusmodi licentia celebrandi in oratorijs
priuatis.

Quinquagesimononò petes. An Sacerdos celebrans
in peccato mortali, peccet tripliciter, nempe quia
indignè consecrat indignè offert, & indignè sumit
Corpus Christi.

Diana:

Respondetur, ex communi DD. senten-
tia. teste *Diana de celebratione Missarum*
resol. 24. vnum committere peccatum
mortale quia consecratio, & oblatio, sunt
ordinati actus, ad rectam sumptionem: sed
sumptio est vna ergo vnum est peccatum
quando indignè sumitur. Scio verò alios
DD. afferere tria peccata mortalia commi-
tere Sacerdotem celebrantem in peccato
mortali.

Diana:

Notant denique Doctores. teste eodem
Diana loc. cit. Sacerdotem celebrantem in
peccato mortali nō committere duo pec-
cata vnum videlicet quia celebrat in pec-
cato, & alterum quia omittit confessionem
illius peccati, quia confessio in illo tempore
obligat in ordine ad communionem, &
vbi est vnum propter aliud, est vnum tan-
tum.

Molles.

Scio etiam alios DD. afferere committere
duo peccata, & est opinio presertim *Mol-*
les. in summa tom. I. tract. 3. c. 8. n. 9.

Se

Sexagesimo petes. An Sacerdos, qui ministrat alijs cum peccato mortali in Missa, vel extra Missam Eucharistiam peccet mortaliter.

Respondetur, ex *Valentia, Suarez, Coninch.* & alijs, teste *Diana de celebrat. Missar. resol. 23.* peccare mortaliter. Sed *Sylvius, & Gabrera in 3. p. q. 64. art. 6. Vasquez in 3. p. tom. 2. disp. 136. cap. 3. num. 38. Ledesma in summa sacram. tract. 4. num. 6. Ioann. de la Cruz in direct. consil. pa. 2. quæst. 4. dub. 3. conclus. 1.* & alij apud *Diana loc. cit.* tenent nõ peccare mortaliter Sacerdotem in mortali ministratẽm Eucharistiam in Missa, idest post completam missam, & extra missam; nam certissimum est apud omnes Doctores celebrantem missam in peccato mortali, peccare mortaliter, sed casus esset si Sacerdos post completam missam committeret peccatum mortale, & antequam ab altare discedat, ex præconsecratis alijs Eucharistiam ministraret, vel si non celebrasset missam, accederet cum superpellicio, & stola ad altare ad ministrandã Eucharistiam alijs personis, vt sæpè numero accidit in ecclesijs, vbi adest concursus populi; ratio verò cur non peccet huiusmodi Sacerdos mortaliter, est quia qui ministrat Eucharistiam non est minister Dei proximè ad iustificationẽ,

*Valent.
Suar.
Coninch.
Diana.
Sylu.
Gabrera.
Vasq.
Ledes.
Ioa. de la
Cruz.
Diana.*

278. De miscellaneis pertinentibus

sicut in alijs sacramentis, sed tantum est veluti applicans actiua passiuus : in alijs autem sacramentis, Sacerdos simul conficit, & ministrat sacramentum, nō autem in hoc, nō autem est idem conficere, & alijs ministrare, quia sacramentum Eucharistiæ non consistit in vsu, sicut cætera sacramenta, nam sacramentum Eucharistiæ post consecrationem permanet, non autem alia sacramenta post vsum permanent.

Sexagesimoprimum ptes. An simplex Sacerdos, nullo impedimento detemptus, peccet mortaliter non celebrando, modo communicet in Paschate, nec adsit scandalum, vel contemptus?

D. Thom.
Nauarr.
Suar.
Sylu.
Bonac.

Respondetur, ex D. Thom. in 3. p. q. 82. articulo. 10. Nauarr. cap. 25. num. 88. Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 86. sect. 7. Sylu. verbo missa; & plerisque alijs Doctor. apud Bonac. disput. 4. q. vltima, punt. 7. num. 1. Sacerdotem non legitime impeditum, mortaliter peccare, si numquam celebret toto anno, quia quantum est ex parte sua fecit, vt in vanum receperit gratiam Dei, cum in ordinatione sacerdotali potestatem acceperit consecrãdi, & videtur hoc præceptum fuisse à Christo, cū dixit Apostolis, hoc facite in meam commemorationem. Hinc

Bonac.

Doctores colligunt. teste Bonac. loc. citat. sim-

simplicem Sacerdotem ne in culpam lethalem incidat, debere aliquoties in anno, vt ter, vel quater celebrare, saltem in diebus festis præcipuis, vt in die natalis Domini, Resurrectionis, & Pentecostes: non tamen iudicandum esse reum mortalis culpæ, quæ aliquibus diebus etiam præcipuis non celebrat, præciso alio præcepto, modo missam audiat.

Sed *D. Bonauent. in 4. dist. 12. q. 2. artic. 2. q. 2. Victoria in summa num. 94. Caietan. & alij cit. à Diana de celebrat. Missarum, resol. 19. & alij cit. à Bonac. loc. cit. opinantur Sacerdotem simplicem, nullo detempto impedimento, non peccare mortaliter, non celebrando, modo communicet in Paschate, & absit scādalum, & contemptus; Sed prima opinio satis mihi arridet, & est probabilior.*

Bonauen.
Victor.
Caiet.
Dian.
Bonac.

Sed maior difficultas, an si præcipiat Episcopus celebrare in singulis diebus Dominicis, teneātur simplices Sacerdotes celebrare solum ex vi solius ordinis, & præcepti Episcopi.

Antequam respondeam.

Suppono, *Tridentinum s. 23. cap. 14.* hæc sequētia, ac formalia verba dicere: *Curret Episcopus, vt ij, qui ad Presbyteratus ordinem assumuntur, saltem diebus Dominicis, & festis solemnibus, missas celebrent.*

Concil.
Trid.

280 *De miscellaneis pertinentibus*

His potitis.

Respondeo vigore *Tridentini* loc.cit. posse Episcopum imponere huiusmodi onus simplicibus Sacerdotibus celebrandi in diebus prædictis sub mortali peccato, & quamvis Sacerdotes non celebrantes Dominicis, & festis solemnibus non peccent grauiter, antequam præceptum illis iniungatur ab Episcopis, cum decretum Concilij non dirigatur ad sacerdotes, sed ad Episcopos, nihilominus, postquam Sacerdotes præceptum celebrandi acceperint ab Episcopis, tenebuntur sub mortali singulis dominicis, & diebus festis celebrare, vt patet ex *Naupr. in summa c. 25. n. 188.*

Naupr.

Huiusmodi verò, præceptum celebrandi diebus dominicis, & festis solemnibus est latum in Prouincia Mediolanensi, vt testatur *Bonac. disp. 4. q. vlt. punt. 7. tom. 1. n. 3.*

Bonac.

Sexagesimosecundo petes . An Sacerdos, qui aduertit, vel notabiliter dubitat, aliquem defectum contigisse circa integritatem formæ, satisfaciat repetendo tantummodo verbum quod credit omissum fuisse .

Respondetur, non satisfacere repetendo solum verbum omissum, sed debere totam formam repetere, si aliqua verba interiecta fuerunt, aut lógum tempus

pus intercessit, ita ut repetitis solum verbis omittis non subsistat integra significatio totius formæ, nam ut sacramentum conficiatur, requiritur talis significatio, qua effici possit sacramentum, significatio autem sacramentorum est practica, cum faciat significando, & significet efficiendo: significatio autem qua efficitur sacramentum, non subsistit, si aliquod verbum tantummodo suppleatur, quotiescumque aliqua verba, interiecta fuerunt, vel longum tempus intercessit. ita DD. apud Bonac. disp. 4. q. ultim. Bonac. punt. 10. nu. 13.

Sexagesimotertio petes. Quando Sacerdos dubitat, an habuerit intentionem consecrandi formalem, aut virtualem, an teneatur iterum consecrare?

R Espondetur, ex Suarez in 3. par. tom. 3. Suarez disp. 85. sect. 1. Si verum esset dubium, tunc reiteranda esset forma, saltem sub conditione mente concepta.

Aduertit præterea Suarez loc. cit. doctrinam scitu dignam quod si quis non recorderet dixisse formam consecrationis v. g. non ob id esse repetendam consecrationem sub conditione, quia præterita actio facillime est memoria labitur, quando cum ipsa actione non coniugitur actualis reflexio, & consideratio illius. Secus autem si cum illa obli-

282. *De miscellaneis pertinentibus*

obliuione coniuguntur aliqua indicia, & rationes probabiles dubitandi, an aliquid omiserit, nam tunc pro ratione dubitationis agere debet, & hoc non solum in hoc negotio, sed in quacunque recitatione officij ecclesiastici obseruandum est.

Sexagesimoquarto petes. Quidam Sacerdos post post completam, atque absolutam Missam percipit non sumpsisse vinum consecratum, sed in calice appositam fuisse aquam, et aquam sumpsit, an teneatur iterum consecrare?

Suar.

R Espondetur, ex *Suar.* loc. cit. non posse consecrare vinum appositum in calice ad integrandum prius sacrificium, & eadem ratione non teneretur in eo casu vtramque speciem iterum consecrare, quia per hoc etiã non redintegraret prius sacrificium, sed nouum distinctum offerret, ad hoc autem non teneretur, immò nec potest illud offerre: quia vt supponimus, iam non est ieiunus, cum calicem aquæ sumpserit.

Secus est dicendum, vt alibi dictum est, si durante eodem sacrificio percipiat Sacerdos sumpsisse aquam, & non vinum consecratum, nam tunc debet supplere defectum sanguinis etiam si non sit ieiunus, & debet iterum apponere solum vinum cum modica aqua in calice, & de nouo consecrare,

abf-

absque eo quod consecret aliam hostiam. Sacerdos, & statim debet sumere absque repetitione aliarum cœremoniatarum, sed debet offerre saltem mente, & incipere à simili modo, & procedere ad cōsecrationem vini tantum, si celebratio fieret in publico, si autem fieret in secreto absque scandalo, iterum esset consecranda alia hostia, vt docent DD. teste *Diana tract. de celebratione Missarum resol. 7.* Diana?

Sexagesimoquinto petes. An oblatione hostiæ iam factæ, si offeratur Sacerdoti particula pro communicando laico, possit illam consecrare?

R Espondetur, ex *Bartholomæo Ganante in comment. ad rubricas Missalis tom. i. part. 3. titulo 10. nu. 19. & Posseuino de officio Curati c. 2. nu. 27.* probabile esse, hoc posse fieri, non tamen hoc fieri debet remotius ab oblatione hostiæ, puta iam cœpta præfatione, & quando fit oblatio dictæ particulæ, fieri debet oblatio mente concepta. Bart. Gal. Possenit?

Sexagesimosexto petes. An Curatus, qui propter impedimentum temporaneum, vel etiam perpetuum, puta quia non potest legere officium, eo quod habeat characteres paruos, sed non impeditur legere in Missale habente characteres grandiores, an possit dicere Missam absque recitatione officij.

Re-

284 *De miscellaneis pertinentibus*

Soto.
AZOR.
Toledo.
Posseum.

Responderetur, ex Soto, AZOR, & Toledo cit.
à Posseuino de offic. Curati c. 2. num. 17. fol.
mibi 21. posse huiusmodi curatum di-
cere Missam, etsi officium non dixerit pro-
pter impedimentum temporaneum, vel
perpetuum.

*Sexagesimoséptimò petes. An Sacerdos, qui præteri-
ta die applicauit Missam pro Petro, & postea
Missam celebrando, nihil de applicatione sacrifi-
cij cogitauit, satisfecerit suæ obligationi, quod est
querere; an Sacerdos actualiter, vel virtualiter
debeat applicare sacrificium pro eo, qui dedit sti-
pendium.*

Suar.

Responderetur, ex Suarez in 3. p. tom. 3. disp.
13. sect. 3. concl. 2. & alijs grauibus Do-
ctores, quod si Sacerdos præterita die
absolutè ac determinatè applicat pro Petro
crastina die fructum sacrificij offerendi va-
let talis applicatio, licet postea in Missa, ni-
hil de tali applicatione Sacerdos cogitet;
Si verò non applicat determinatè, sed ha-
beat voluntatem crastina die applicandi
pro Petro sacrificium, in hoc casu talis ap-
plicatio non valet. Ex his.

Suar.

Colligit idem Suarez loc. cit. quod est di-
spar ratio inter applicationem sacrificij, & in-
tentionem conficiendi sacrificium, quia vo-
luntas, quæ offertur sacrificium, non est ne-
cessa-

cessaria, ut sit operatiua sacrificij, sed solum applicatiua fructus eius, & ideò fieri potest per simplicem voluntatem, quæ antecedit ipsum sacrificium, & postea nihil circa ipsum operetur, at verò intentio conficiendi sacramentum, debet esse intentio operatiua conficiendi ipsum sacrificium, & ideò quando nihil actualiter, scù virtualiter operetur, non est ad sacramentum sufficiens: & neque est propria voluntas efficax.

Vnde apparet, quod ad applicandum sacrificium non requiritur intentio, quæ virtualiter duret tempore sacrificij, sicut requiritur ad conficiendum sacramentum, sed sufficit quod Sacerdos, applicet absolute sacrificium tali die offerendum, modo talis intentio non fuit postea reuocata.

Scio verò *Beiam Berarduccium*, & *Frazinellum* cit. à *Diana de celebrat. Missarum, resolut. 47.* aliter sentire, qui putant Sacerdotem, in memento debere applicare valorem Missæ pro eis pro quibus, tenetur celebrare.

*Beiam Be.
rarducc.
Frazinell.
Diana.*

Sexagesimo octauo petes. An in memento Sacerdos obligatus ad celebrandum ratione elemosynæ, possit pro se, vel pro alijs suis amicis orare in eadem Missa ob quam Sacerdos recipit mercedem, pro applicatione.

R Espondetur affirmatiuè, nempè posse posse Sacerdotem obligatum ad celebrare.

286 De miscellaneis pertinentibus

lebrandum pro alio, in eadem Missa orare, pro se, vel pro alijs amicis, quia valor medius quoad applicationem satisfactionis, tenetur Sacerdos applicare cui dedit elemosynâ, nō autē prohibetur Sacerdoti quin et pro alijs possit effundere preces, vt rectè docet *Fraxinellus de obligatione Sacerdotis sect. 6. in respons. ad 7. inconueniens.*

Fraxinell.

Sexagesimonono petes. An Sacerdos celebrans extra suam diœcesim in canone teneatur nominare Episcopum domiciliij, an Episcopum loci, vbi celebrat.

*Nauarr.
Nauarr.*

Respondetur, ex *Nauarr. cap. 25. nu. 111. &* alijs DD. teste eodem *Nau. loc. cit.* debere nominare Episcopum, vbi habet domicilium, non autem Episcopum alterius Ciuitatis in qua, vt hospes moratur.

Septuagesimo petes. An possit Sacerdos offerre Missam pro excommunicatis.

*Nauarr.
Henric.
Sanchez.
Suar.
S. Faust.*

Respondetur, ex *Nauarr. c. 27. nu. 36. Henricus lib. 13. c. 11. nu. 2. Sanchez lib. 7. de matrim disp. 9. num 8. Suarez tom 5. 3. par. disp. 11. secti. 4. nu. 5. &* alijs teste *S. Fausto de Eucharistia lib. 2. q. 81. id fieri posse, nempè offerri posse sacrificium pro excommunicatis, modo non sint denunciati, vel publici persecuto.*

cussores Clericorum, quia per *Concilium Constantiense* cum excommunicatis toleratis possumus communicare tum in humanis, tum in diuinis. Neque obstat quod dictum Concilium nihil concessit in fauorem excommunicatorum; nam hoc non tam est in fauorem ipsius excommunicati, quam in commodum, & fauorem Sacerdotis offerentis, qui stipendium accepit pro Missæ celebratione, & etiam meretur dum pro sic excommunicatis non denunciatis, nec publicis clerici percussoribus offert, pro quibus offerre ab Ecclesia non prohibetur.

*Concil.
Constant.*

Dixi si non sint excommunicati denunciati, vel publici percussores clerici, nam pro istis non potest directè Sacerdos Missæ sacrificium, aut publicas orationes offerre, quia hæc prohibetur ex *cap. à nobis 2. & c. sacris de sententia excommunic.* & ex *Bulla Mart. V. ad euitandum*, cum sit vnus ex præcipuis effectibus excommunicationis.

Excipitur verò dies sextæ hebdomadæ sanctæ, nam in illo die potest Sacerdos directè orare pro excommunicatis vitandis, idest denunciatis, vel publicis clerici percussoribus, quia orare pro excommunicatis vitandis non est per se malum, nec iure diuino prohibitum, quare potuit ecclesia pro sua auctoritate ab illa generali prohibi-

bi-

288 *De miscellaneis pertinentibus*

bitione excipere illum diem in quo fit memoria mortis Christi, quæ ad omnes quoad sufficientiam pertinuit: congruum ergo fuit, vt etiam Ecclesia ea die neminem a suffragijs excluderet, nam etiam pro paganis, & iudæis publicè orat. ita *Sorus in 4. dist. 11. q. 2. art. 7. ad 2.*

Soto.

Septuagesimoprimo petes. An possit Sacerdos, vt priuata persona orare in Missa pro excommunicatis denunciatis, vel publicis clericis percussoribus?

Nauarr.

Respondetur, ex *Nauarr. in summa cap. 27. num. 36.* posse Sacerdotem in Missa pro excommunicatis prædictis, nempe denunciatis, vel publicis percussoribus cleri- ci, vt priuatâ personâ orare, non vt publicâ, quæ facit nomine Ecclesiæ, hoc enim nû- quam Ecclesia prohibuit, & ex eadem ra- tione potest Sacerdos, vt priuata persona orare pro quouis infideli, vt bene aduertit *Nauarr. loc. cit.* & est communis doctrina. teste *S. Fausto lib. 2. de Eucharistia q. 84.*

Nau.

S. Faust.

Nau.

Bellarmin.

Addo præterea cum eodem *Nauarr. loc. cit.* & *Bellarmin. lib. 7. c. 6. de controuersijs,* & alijs posse Sacerdotem dicere Missam, & eius valorem applicare pro alijs nō excommu- nicatis, eo tamen fine, & intentione, vt to- tum illud opus orandi, & applicandi Mis-
sam

sã pro alijs, accipiat Deus pro oratione priuata, vt cõmunicatus èt denũciatus cõuertatur, quia tunc orat, & offert Sacerdos nomine Ecclesiæ Missam pro alijs tamquam minister publicus Ecclesiæ, & vt persona particularis pro ipso excommunicato vitando, ac perinde tunc est, ac si pro excommunicato non denunciato in memẽto Missæ oraret, nam aliud est applicare sacrificium Missæ, aliud est applicare illud opus applicandi alteri.

Addit denique *Nauarr.* loc. cit. pro excommunicato vitando, seu denũciato posse Sacerdotem orare in Missa, quando scit excommunicationem fuisse nullam, & etiã si fuit valida excommunicatio, sed fuit ex iniusta causa, nempè posse Sacerdotem pro illo excommunicato orare etiam, vt personam publicam.

Nauarr.

Septuagesimosecundo petet. An pro iustis excommunicatis, sed contritis possit Sacerdos, vt publica persona orare in Missa.

R Espondetur, ex *Nauarr. cap. 27. num. 36.* posse Sacerdotem, vt publicam personam orare pro excommunicatis contritis denunciatis modo non fiat expressè, ac publicè. citat *Nau. Hostiens. in c. cum voluntate de sent. excommunicat.*

Nauarr.

Nau. Ho.

T

Sc-

Septuagesimotertiò petes. An Sacerdos possit offerre Missam pro infantibus baptizatis?

R Espondetur, si loquamur de sacrificio Missæ, quatenus est propitiatorium, ac satisfactorium pro peccatis, certum est non posse tale sacrificium pro huiusmodi infantibus offerri, quia isti sunt liberi tam quoad culpam, tam quoad poenam, ac proinde non indigent satisfactione, si verò loquamur de sacrificio quatenus est impetratorium, posse sacrificium offerri pro dictis infantibus, ut scilicet Deus illos seruet incolumes, ac tribuat ijs necessaria ad vitam corporalem, ad educationem, & institutionem, &c. ut rectè docet *S. Faustus de Eucharisti. lib. 2. q. 79.*

S. Fausto.

Septuagesimoquarto petes. An Sacerdos possit Missæ sacrificium offerre pro fidelibus existentibus in peccato mortali.

R Espondetur, si loquamur de sacrificio Missæ quatenus est meritorium, ac satisfactorium, non posse Sacerdotem offerre sacrificium pro fidelibus existentibus in peccato mortali, quia cum non sint amici Dei non sunt capaces talis meriti, ac satisfactionis. Immo nec potest applicari hoc

hoc sacrificium peccatoribus, vt illo mereantur, & satisfaciant, quādo erunt in gratia. Si verò loquamur de Missæ sacrificio, qua ratione est propitiatoriu, & impetratoriu, tū penitentię rū aliorū Dei beneficiorū posse sacrificiū Missę offerri pro peccatoribus existentibus in peccato mortali, quia licet ipsi in gratia non sint, sunt tamen verē Catholici, & Christiani, & Ecclesia offert sacrificium pro omnibus fidelibus Catholicæ, & Apostolicæ fidei cultoribus, vt habetur ex Canone ipsius Missæ habentque ipsi peccatores aliqualem vitam per fidem, atque spem veram tanquam membra vera Ecclesiæ, vnita fidei, atque spei illi coniuncta, & participant magnam vtilitatem, magnūque prouentum spiritualem, ex Missæ sacrificio pro eis oblato, & ideo in Missā Missam propriam pro peccatorum expiatione Ecclesia instituit, per quam peccatores habent, quod stabiles conseruentur in fide, atque spe, & efficacius ex Missæ sacrificio ad conuersionem iuuentur, quam ex alijs publicis, aut priuatis orationibus, quas ipsi Sacerdotes Ecclesiæ ministri pro his offerre possunt.

Denique per hoc sacrificium illis applicatum, excitantur Sancti, & Angeli eorum custodes, vt pro illis Deum orent, & impeditur Diabolus, ne illos plus nimio tentet,

292 De miscellaneis pertinentibus

& ne vicens plus nimio etiam noceat, & ne ligatos teneat in continuo affectu peccati.

Septuagesimoquinto petes. An Sacerdos sacrificans teneatur sumere eandem hostiam, quam consecrauit?

S. Pauli.

Respondetur, non teneri, nam multi Sacerdotes, dum renouant Eucharistiam consumant hostias ab alio consecratas. & eam quam consecrant, reponunt in pyxide, vt rectè probat S. Paulus de Eucharistia lib. 2. q. 278.

Septuagesimosexto petes. An qui in mortali existens videt Corpus Christi, peccet?

D. Thom.

Respondetur, infideles, Cathecumenos interdictos, vel excommunicatos peccare venialiter, non autem fideles peccatores, vt docet D. Tho. in 4. dist. 9. q. 11. art. 3. q. 6. & in 3. p. q. 80. art. 4. ad 4.

Septuagesimoséptimo petes. Vtrum laici, & scemina sacra vasa, ac linteamina, quæ tangunt Corpus Christi, vt sunt calix, patena, corporale, pyxis, ara, atque etiam purificatorium immediatè, & nuda manu tangentes, peccent?

Soto.

Respondetur, ex Soto in 4. dist. 13. q. 2. articulo 3. ad 3. forsitan eos nullum peccatum

tum committere, secluso contemptu, nequidem veniale, aut saltem leuissimū, quia Canones id prohibentes solum de consilio loquuntur, non de præcepto.

At in contrarium est communis opinio, nempe quod laici, & feminae, quæ hæc omnia immediatè, & nuda manu tangūt, etiam si extra contemptum id faciant peccant venialiter si sine iusta causa tangunt supradicta, vt communiter docent DD. teste S. Faustino de sacrificio Missæ lib. 2. q. 165. Ratio est, quia in cap. Sancta dist. 1. de consecrat. & cap. sacratas, dist. 13. huiusmodi contactus expressè prohibetur, & quia non videtur esse res adeo grauis, idcirco DD. putant esse solum peccatum veniale.

S. Faust.

Posita verò iusta causa tangendi sacra, vasa, &c. nec etiam committitur peccatum veniale. Quando vasa sacra, videlicet, calix, patena, corporale, pyxis, actualiter in se continent corpus, & sanguinem Christi à nemine tangi possunt præter sacerdotem, & Diaconum, & qui sine iuxta causa ea tangit peccat mortaliter, vt habetur ex cap. non oportet, dist. 23. quia est materia grauis. ita Palud. in 4. dist. 13. q. 1. art. 4 & Suarez in 3. p. tom. 3. disp 81. sect. 8. & plerique alij.

Palud.
Suar.

Debent verò lauari corporalia, & purificatoria saltem à subdiacono in aliquo vasculo determinato, & ad hoc solum munus

294 *De miscellaneis pertinentibus*

destinato, quæ lotio non est foras proficienda, sed effundenda in piscinam sacram, aliàs esset valde peccatum graue veniale tùm propter iuris decretum, & aliqualem materiæ grauitatem, tùm etiam propter periculum irreuerentiæ reliquiarum sacramenti, quæ in corporale, vel purificario latere possunt. Post primam verò lotionem possunt absque scrupulo à fœminis præsertim Virginibus, ac Deo dicatis abluui, aut etiam reparari si egeant, ita Caiet. *verb. mulierum peccata*, & Henriquez *lib. 9. c. 28. n. 3.* & plerique alij.

Caiet.
Henriq.

Septuagesimo octauo petes. An Clerici in minoribus, possint extra sacrum sine peccato veniali, & sine iusta causa tangere calicem, & patenam, purificatorium, & corporale immediate, & nuda manu.

Suar.

Respondetur, ex Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 81. sect. 8. non venialiter peccare clericos etiam primæ tonsuræ tantum, si tangunt supradicta etiam sine iusta causa. colligit verò Suarez hoc, ex cap. non oportet ab ipso cit. & ex vsu.

Suar.

Palud.

Azor.

S. Faust.

Sed Paludanus in 4. dist. 13. q. 1. art. 4. Henriq. lib. 9. cap. 28. Azor. lib. 9. cap. 9. q. 6. & alij apud S. Faust. loc. cit. dicunt hoc non posse fieri ab huiusmodi clericis, etiam si tangunt extra sacrificium Missæ, quia hunc consuetudo

do

do obtinuit, vt nemo qui saltem subdiaconus, non sit, sacra vasa tangat, nisi necessitas aliqua vrgeat: puta si Acolythus Sacerdoti, nullo præsentè subdiacono, priuatim præparat ipsi calicem.

Septuagesimonono petes. An vestes Sacerdotales, possunt conuerri ad vsus profanos sine peccato?

R Espondetur, ex Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 8. sect. 81. id esse prohibitum, vt si quis vteretur calice in communi mensa, vel palla benedicta, vt communi linteolo, aut sacra veste ad profanam representationem, vel ludum, & qui hoc egerit vix poterit à peccato mortali excusari, vt Soto notat cit. à Suarez loc. cit. quia præ se fert contemptum eiusmodi rerum.

Suar.

Suar.

Neque obstat quod interdum Sacerdotes, vel Episcopi sepeliuntur eiusmodi vestibus sacris, quia actus sepeliendi defunctum est actus pietatis, seu misericordiae ergo vti vestibus sacris ad hunc effectum non est conuertere illas in vsus profanos, sed ad actum pietatis, & religionis, & ita est consuetudo, nempe sepeliendi Sacerdotes, vel Episcopos cum dictis vestibus sacris, neque hoc est contra ius commune, vt bene probat Suarez loc. cit.

Suar.

Octuagesimo petes. An vestes sacerdotales sint venerandæ, atque adorandæ, & ad quod genus adorationis pertinet.

Suar.

Respondetur, ex *Suaræ* cum communi DD. sententia, quod vestes sacerdotales, vasa sacra, nempe calix, & patena sunt venerandæ, atque adorandæ, quatenus dicunt ordinem ad sacrificium, in quo includitur Christus Deus, & homo, & quia Christus ratione diuinitatis adoratur adoratione patriæ, consequenter etiam vestes supradictas esse adorandas adoratione patriæ non absolute sicut adoratur ipse Deus, sed adorantur adoratione patriæ imperfecto modo, scilicet quatenus dicunt ordinem ad sacrificium, in quo includitur Christus, qui est Deus, & homo, vt dictum est. hoc colligitur ex varijs locis septimæ

Synodi.

Synodi, & præsertim act. 6. tom. 5. §. Papæ dicuntur sequentia verba. Habemus stem, & alia plurima consecrata vasa: hæc, quia in nomine tuo facta sunt, & consecrata exosculamur.

Suar.

Præterea, qui typum alicuius contumelia afficit, in eum, quem typus representat iniurius est, alię rationes sunt adductę à *Suaræ* loc. cit. quas breuitatis causa omicto,

Hinc

Colligitur, ex communi DD. sententia, teste

teste Suarez loc. cit. quod dictis vestibus sacerdotalibus, nō potest quis uti ad vsus prophanos, non solum quamdiū consecrationem retinent, sed etiam postquam illam amiserunt per dissolutionem, vel scissionē, aut fractionem, & quando sunt atritæ, sunt comburendæ.

Sed dubium est de vasis argenteis, nam postquam cōfracta sunt, vendi possunt, & consequenter materia eorum conuerii potest in communes vsus?

R Espondetur, ex Suarez loc. cit. quod talis vsus non est à religione alienus, quando fit ex necessitate, & pertinet ad pietatem. Suar.

Verum materia calicis, & patenæ ad hoc, ut possit quis uti ad vsus prophanos debet transmutari ferro, & igne quodammodo, ut moraliter non censeatur amplius materia calicis, & patenæ, vel pyxidis.

Quægesimoprimum petes. An Sacerdos in sacro faciendo teneatur ordinarium, & regulas Missalis obseruare. ita ut peccet mortaliter, qui eas scienter prætermittit, secluso contemptu?

R Espondetur, ex Azor. p. I. lib. 10. cap. 20. q. 6. Bonac. de sacram. disp. 4. q. vlt. punt. 7. §. 3 & Pitigian in 4. dist. 13. q. 2. art. 4. peccare mortaliter. Azor.
Bonac.
Pitigian,

mortaliter, & probant ex diplomate *Pij V.*
Diana. Verum alij DD. apud *Dianam* tom. I. tract.
S. Faust. de celebrat. Missarum resol. 55. & apud *S. Faustum*
 de Eucharist. tract. de sacrificio Missæ q. 266. do-
 cent eum non peccare nisi venialiter, mo-
 do non dimittat tantum illam partem, vt
 nouum ritum in Ecclesiam introducat cō-
 tra diploma *Pij V.* nam in hoc casu pecca-
 ret mortaliter.

Ratio est cur dictæ rubricæ non obligāt
 sub mortali, quia illæ non sunt præcepta,
 sed doctrinales quædam instructiones, quæ
 tantam obligationem inducunt, quanta est
 doctrina, in qua fundantur.

Verum qui aliquam grauem cœremo-
 niam omittet, vt si consecraret sine vlla
 cœremonia, vel spontè, aut ex culpabili ne-
 gligentia partem notabilem Missæ, vt *Epi-*
stolam, *Euangelium*, præfationem, oblatio-
 nem panis, & vini prætermittet, peccaret
 mortaliter quia violat præceptum in re
 grauissima, idem dicitur de eo, qui omittit,
 vel addit aliquid de suo, puto *Litanias*, vel
Rosarium, aut aliquid aliud animo immu-
 tandi, vel inducendi nouum ritum perti-
 nentem ad nouum cultum, vel specialem
 significationem, nempe peccare mortaliter
 quia in re grauissima Ecclesiæ præceptum
 infrigit. Excusatur autem à mortali ob par-
 uitatem materiæ, vt si omittet volunta-
 riè

riè Credo, vel Gloriam in Excelsis Deo, aut vnam, vel plures orationes. Si autem id faceret ex causa urgente nihil omnino peccaret, vt docet Suarez in 3. p. disp. 83. sect. 3. quia istæ partes, tametsi quâtitate quasi sint molis grandiusculæ, non tamen necessariè simpliciter videntur ad integritatem Missæ, ita vt ijs omissis Missa ipsa propriè mutiletur. ita Nugnus tom; 1. in 3. p. q. 83. art. 4. dub. 2. Diana de celebrat. Missarum resol. 59. & Filijuccius to. 1. tract. 5. cap. 5. num. 155. qui idem dicunt, si Sacerdos omittat in Canone nomen alicuius Sancti, vel tempore Paschali ea, quæ interponuntur in communicantes, aut in actione. Hanc igitur oblationem; nec si paulo post recordetur, repetenda sunt regularitè, quia id commodè fieri non potest moraliter, neque conæreter.

Suar.

Nugnus
Diana.
Filijucc.

Quantum ad additionem dico, quod Pius V. teste S. Fausto de Eucharistia lib. 2. tract. de sacrificio Missæ q. 266. relegauit quemdam Sacerdotem ad triremes, quia in Missa, Litanias, & alias Preces recitabat cum scandalo populi. Si tamen aliquis mente, vel submissa voce adderet post eleuationem corporis, vel sanguinis *Adoramus te Christe*, vel post communionem, *O sacrum conuiuium*, vel *In manus tuas Domine commendo tibi spiritum meum*; vel *Nunc dimittis seruum tuum in pace*, vel quid simile nullum peccatum committeret, se-

S. Faust.

cus

300. *De miscellaneis pertinentibus*

Tabiena. *S. Faust.* *cus si, ita vt audiretur; ita Tabiena verbo Missæ*
S. 20. S. Faust. loc. cit.

Octuagesimosecundò petes. An qui ex fundatione
beneficij, vel cappellaniæ obligatur ad quotidie
celebrandum de B. Virgine, vel de Requie, ad id
præstandum teneatur.

Responderetur primò, non teneri Sacerd
dotem ad celebrandum quotidie de
B. Virgine, vel de Requie, sed quantò
frequentius, salua honestate, & deuotione
debita potest, vt habetur expressè in *cap. si-*
gnificatum de præbendis, & tradit optimè *Na-*
uarr. in summa c. 25. nu. 135.

Responderetur secundò, certum est non
teneri sacerdotem ad celebrandum de B.
Virgine, vel de Requie, si in eum diem inci-
dat festum alicuius Sancti, de quo celebra-
tur officium duplex, aut semiduplex, sed li-
citè posse eiusmodi Missam dictæ celebri-
tati congruenter facere: immo aliquando
tutius est tale sacrum offerre, vt si fuerit
dies Dominica, vel alia aliqua celebritas so-
lemnior, & licet institor beneficij dixerit,
quòd singulis diebus dicatur v.g. Missa de
B. Virgine, de Requie, hæc verba tamen in-
telligenda sunt ciuili modo, & moraliter,
nam non debet præualere voluntas funda-
toris Ecclesiæ ordini, & ritui, ita *Na-uarr. de*
cele-

celebrat. *Missæ consil. 6. nu. 8. Azor. tom. 1. lib. 10. cap. 32. q. 5. Henriquez lib. 9. cap. 23. num. 6. & alij infignes DD.* Hinc

Si quis à Sacerdote petierit, vt cras Missam de Assumptione B. Mariæ, vel de Sancto Francisco celebret, quæ diei crastino non conueniat satisfacit Sacerdos, si Missam, quæ diei crastino congruit, faciat. Et ratio est, quia vt petitio sit rationabilis debet cum Ecclesiæ, regulis, & rubris conuenire: rudes enim homines etiam in die Paschæ petunt Missam de Requite, vel de Paschione. ita Sylu. verb. *Missæ 1. q. 1. Sol. in 4. dist. 13. q. 2. art. 1. Nau. in summa cap. 21. num. 7. & alij.*

Azor. Henriq.

Sylu. Nau.

Octuagesimotertio petes. An Sacerdos possit dicere Missam assumptionis, natiuitatis, quando dicta Missa petitur à laicis?

Respondetur, ex *Gauant. in comment. ad rubricas Missalis tom. 1. p. 4. titol. 17. n. 8.* non posse dici eiusmodi Missam, quia non decet extra tempora dicere gaudeamus omnes in Domino diem festum celebrantes, vel imutare diem festum, in commemoracionem, neque ad petitionem laicorum licere rubricas Missalis violare.

Gauant.

At huius oppositum tenet *P. Castaldus in Praxi cæremoniali lib. 2. sect. 6. c. 4. nu. 1.* vbi sic ait, Missa votiuæ de quolibet Sæcto, ac quacun-

P. Castal.

302 *De miscellaneis pertinentibus*

cunque festiuitate, de qua iuxta rubricas Missalis per anni circulum celebratur, dici potest, assumendo eam, quæ in die festo habetur accommodando orationem, scilicet, vbi habetur natiuitas, vel festiuitas; dicendo commemoratio; omittendum est verò Credo, & Gloria; Si verò celebretur Missa votiuua de Assumptione B. Virginis, vel de S. Agata in introitu gaudeamus, vbi habetur diem festum celebrantes, dicitur memoriam celebrantes, ita etiam tenet *Alcoc.* *Diana.* *S. Faust.* in *cærem. tract. 1. Glosa 4.* quos sequitur *Diana tract. 6. miscellan. resol. 101. & S. Faust. de sacrific. Missæ lib. 2. in tract. de Euchar. q. 271.*

Obtuagesimo quarto petes. An Sacerdos possit dicere Missam aliquam de passione, quæ in hebdomada Sancta recitatur, si illa à laicis cum elemosyna petatur.

Responderetur, ex DD. recentioribus, nempè *Alcocer, Gauant. & Castald. cit. à Diana, tract. 6. miscell. tom. 2. resol. 102.* Missas votiuuas de Passione, Spiritu sancto Santissima Trinitas, ac sacramento Corporis Christi non esse celebrandas eas, quæ eo tempore habentur, sed votiuuas assignatas in Missali Romano dicendas esse.

Alcoc.

Diana.

S. Faust.

Alcoc.

Gauant.

Castald.

Quagesimoquinto petes. An quando accidit festum Annunciationis B. Virginis in die Parasceues, sit Missa illius diei audienda sub pœna peccati mortalis.

R Espondetur, ex *Vasquez tom. 3. in 3. part. disp. 232.* teneri audire Missam eo modo quo celebratur dictus dies. Sed communis DD. sententia. teste *S. Fausto de Eucharist. lib. 2. q. 273. & Diana tract. de celebrat. Missar. resol. 62.* non teneri quemlibet audire dictam Missam, quia Missa illius diei non est propriè sacrificium, cum non adsit noua consecratio hostiæ, & testantur dicti auctores sic à Sacra Congregatione Cardinalium declaratum fuisse sub die 39. Februarij 1622. vt testatur etiam *Gauant. in comm. rubric. Missalis p. 3. tit. 29. nu. 24.* *Vasq.*
S. Faust.

Gauant.

Quagesimosexto petes. An Sacerdos celebrari possit capite cooperto ex aliqua infirmitate.

R Espondetur multos DD. dixisse hoc posse fieri, secluso scandalo, & contèptu, sed nunc petenda est licentia à Summo Pontifice etiam si adsit causi grauis, & ita declarauit Sacra Congregatio Cardinalium supra negotia Episcoporum die 2. Ianuarij 1590. & Sacra Rituum Congregatio die 31. Iu-

304 *De miscellaneis pertinentibus*

Gauant. Iulij 1626. vt docet *Gauant. in comm. rubr. Mis-*
sal. tom. 1. p. 2. tit. 2. lit. F.

Octuagesimo septimo petes. An religiosi in ipso die
Resurrectionis Domini possint Eucharistiam secu-
laribus ministrare, ita vt adimpleat præceptum
Ecclesiasticum annuæ communionis.

S. Faust.

Respondetur, ex multis DD. quos citat,
& sequitur *S. Faustus de Eucharist. lib. 2.*
de sacrificio Missæ, q. 280. posse regulares in
ipso die Resurrectionis ministrare Eucharis-
tiam secularibus, & ipsi seculares adimplent
præceptum annuæ communionis.

Verum die 20. Martij 1638. sacra Con-
gregatio Cardinalium misit litteras Emi-
nentissimo Cardinali Boncompagno Ar-
chiepiscopo Neapolitano, vt notum face-
ret omnibus hoc non posse fieri, nempe, vt
regulares ministrarent Eucharistiam die Re-
surrectionis secularibus, & si huiusmodi se-
culares a manibus regularium recipiunt Eu-
charistiam non satisfaciunt præcepto an-
nuæ communionis, vt patet ex sequentibus,
ac formalibus verbis litteræ Sacre Congre-
gationis directæ dicto Eminentissimo Car-
dinali.

Conquesti sunt coram Sanctissimo Do-
mino Rectores Ecclesiarum Parochialium
istius ciuitatis de Patribus Theatinis, & So-
cie-

cietatis Iesu quod asserere audent personas laicas assumentes in eorum Oratorijs, seu Congregationibus Eucharistiæ sacramentum in die Paschatis Ecclesiæ præcepto satisfacere, cumq; id minimè sit permissum, sed fideles sacram communionem tempore Paschali à proprio, vel ab alio de ipsius Sacerdotis licentia suscipere teneantur, Sanctitas Sua iussit Eminentiaæ suæ significandû, & sub pœna suspensionis à diuinis, & alijs sibi benè visis id prohibeat præfatis Religiosis, moneatq; ipsos laicos sacramentum, vt supra de manu proprij Parochi teneri suscipere, vt Ecclesiæ præcepto satisfaciant, ita igitur pro sua Pastoralis pietate omnino curabit Eminentia vestra cui me humillime commendo Romę die 20. Martij 1638. Eminentiaæ Vostre Reuerendissimæ.

Humilis. Seruus.

Cardinalis Verospius.

Obiugesimo octauo petes. An Missa celebrari queat materna, & vulgari lingua.

Respondetur negatiuè, vt patet ex Concilio Trident. sess. 22. c. 8. vbi dicitur. Et si Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire visum est Patribus, vt vulgari passim lingua celebraretur, & asserentes, Missam tantum

Concil.
Trid.

V

vul-

306 *De miscellaneis pertinentibus*

vulgari lingua celebrari debere, sunt excōmunicati, vt ibidem dicitur *Can. 9. de sacrificio Missæ.*

Octuagesimonono petes. An sit peccatum mortale Missam celebrare cum omnibus vestibus sacris, sed valdè attritis, & laceris, ac immundis.

*Sylu.
Armill.
Tolet.
Suar.*

R Espondetur, ex *Syluest. in summ. verbo Missa 1. q. 2. & verbo vasa num. 1. Armill. verbo corporalia nu. 2. Tolet. lib. 2. cap. 2. Suarez in 3. p. disp. 83. sect. 3. & alijs communiter affirmatiuè, nempe peccare mortaliter, si cum supradictis vestibus attritis, & immundis Sacerdos celebraret. Vnde *Innoc. III. in iure cap. de custodia Ecclesie, vel Altaris*, præcipit, vt *Oratoria, vasa, corporalia, & vestimenta sacra, munda, & nitidè seruentur, grauiterque redarguit Clericos, qui in hoc negligentes existunt, quod maximè de corporalibus, calicibus, & patenis, verificatur, quæ proximè Corpus, & Sanguinem Christi attingunt.**

Innoc. 3.

Nonagesimo petes. An sit peccatum mortale in ara non sacra celebrare?

*Nauarr.
Suar.*

R Espondetur, ex *Nauarr. in man. cap. 25. num. 83. Suarez 3. p. tom. 3. disp. 81. sect. 5. & alijs esse peccatum mortale celebrare in ara non sacra, quia hoc est contra præ-*

præceptum Ecclesiæ in re graui, vt habe-
tur ex c. *Altaria de consec. dist. 1.*

*Nonagesimoprimum petes. An sit peccatum mortale
in ara sacra celebrare, si notabiliter sit fracta?*

Respondetur affirmatiuè, quia per no-
tabilem fracturam perditur conse-
cratio. Ea autem notabiliter, & enor-
miter fracta dicitur, quæ in residuo non
potest calicem, & hostiam capere: vel quâ-
do frangitur, vel dimouetur sepulchrum,
in quo sunt reliquæ. ita *Sotus in 4. distin. 13. q. 2. art. 3. Azor. tom. 1. lib. 10. c. 27. q. 12. & ple-
rique alij.*

Sotus!

Azor.

*Nonagesimosecundò petes. An liceat Sacerdoti in
Altare sacrificare in quo Episcopus eodem die
celebrauit.*

Respondetur non licere, vt constat ex
Can. in altar. de consec. dist. 1. vbi sic dicitur
in altare in quo Episcopus canta-
uit Missam, Presbyter eodem die aliam ce-
lebrare non præsumat, idque factum est di-
cit *Glos. ibi ob Episcoporum honorem, &*
reuerentiam, ita Henriquez lib. 9. c. 28. num. 2.
& alij, sed cum licentia Episcopi potest Sa-
cerdos celebrare eodem die, & in eodem
altare.

Henriq.

308 *De miscellaneis pertinentibus*

S. Faust.

Non est tamen peccatum mortale, si ex iusta causa absque Episcopi licentia Sacerdos ibi celebret, vt notat S. Faustus de Eucharist. tract. de sacrif. Missæ lib. 2. q. 213. hoc autem intelligi debet de Missa solemni, & pontificali, non autem de Missa particulari, in cuius altare Episcopus tamquam particularis Sacerdos Missam offert, quod indicant verba illa textus, in quo Episcopus Missam cætauit. Sic S. Faustus loc. cit. qui addit quod hic Canon videtur desuetudine esse abrogatus.

S. Faust.

Nonagesimo tertio petes. *Vtrum ad celebrationem Missæ ultra Missale, etiam requiratur pulvinus.*

Respondetur, requiri non ex necessitate, sed ex conuenientia, vt in eo deponatur Missale, vt eleganter tradit

S. Faust. S. Faustus de sacrif. Missæ q. 226.

Nonagesimo quarto petes. *Vtrum diaconus, & Subdiaconus, qui in Missa solemni Sacerdoti ex officio administrant, teneantur sacris vestibus indui sub mortali.*

S. Faust.

Respondetur, aliquos Doctores. teste Faust. loc. cit. sed q. 263. asserere eos ad id teneri sub veniali.

Sed

Sed S. *Fauftus* loc. cit. dicit peccare mortaliter diaconum, & ſubdiaconum ſi miniſtrant ſacerdoti ſine veſtibus, tùm quia eſt materia grauis; & aliunde nòtabilis irrogatur iniuria ſacramento, tùm quia ſic adminiſtrando faciunt contra communem Eccleſiæ conſuetudinem, quæ habet vim præcepti.

Nonageſimoquinto petes. Quid ſignificant veſtes ſacerdotales.

Reſpondetur primò, veſtes ſacerdotales eſſe amictum, albam, cingulum, manipulum, ſtolam, & caſulam.

Reſpondetur ſecundò, amictus ſignificat coronam ſpineam, qua Chriſtus coronatus fuit, ſeù linteum illud, quo Iudæi Chriſti faciem velebant, dicendo *Propheta nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuffit. Matth. 26.*

Alba, quæ vulgò cammiſum dicitur ſignificat veſtem illam candidam, qua Chriſtus tamquam inſanus fuit ab Herode indutus *Luc. 23.* vel ſecundum *D. Bonaventuram* ſummam eius innocentiam ſignificat, qui *1. Pet. 2.* *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, vel diuinitatis ſplendorem, vel reſurrectionis gloriam, quam nunciantes Angeli in albis veſtibus apparuerunt.*

Cingulum, quod albam conſtringit ne-

Henriq.

... *... significat ... Christus Do- ... Pilato ... iudicium ...*

... *... in Joise expositi- ... Luc. 12.*

... *... pendet signifi- ... iudicis ... 3. c. 3. vel ... Christus fuit*

... *... eo quod ... manu ... Cal- ... fuit, vel signi- ... super humeros ... usque ad mor- ... quam debet Sa- ... sacrificat.*

... *... superinduitur secun- ... parva casa ... tegat representat, tum ... qua per irrisionem Chri- ... fuit indutus a militibus in- ... ostendit eum ... ciferantibus.*

cunctis tolle, tolle, crucifige eum; tum tunicam illius inconsutilem, qua ipse ut crucifigeretur exutus est.]

Verum huiusmodi vestimenta sacerdotalia non solum possunt referri ad Christum, sed etiam referri possunt ad Sacerdotem quapropter si indumenta sacra referuntur ad Sacerdotem. Amictus significat, vel fortitudinem, ut placet *Hesychio lib. 5. in Leviticum*, iuxta illud *106. cap. 40. accinge, ut vir lumbos tuos, vel spem qua Sacerdos debet accedere ad offerendum Deo tam admirabile sacrificium, & ideo dum Sacerdos induitur Deum orat in hunc modum: im-
pone Domine capiti meo galeam salutis ad expugnandos diabolicos incursum. Galea enim salutis metaphoricè spem significat iuxta illud *Pauli 1. Cor. & Thess. 5. indui lorica[m] fidei, & charitatis.**

Hesychio

Paul. 1. Cor.

Alba significat tum nouitatem vitæ in quam per Christum translati sumus abiecto pelliceo vestimento veteris Adæ, & Eux, *Gen. 3. iuxta illud Apostoli ad Ephes. 4. deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, ut sentit Rupert. lib. 1. de diuini officijs cap. 20. Tum candorem virtutis, & conuersationis, quam emulari debemus, & ideo dum illam Sacerdos induit; Sic orat*
Dealba me Domine, & munda cor meum.

*Gen. 3.
Ephes. 4.
Rupert.*

indicat carnis macerationem,

302 *De miscellaneis pertinentibus*

cunque festiuitate, de qua iuxta rubricas Missalis per anni circulum celebratur, dici potest, assumendo eam, quæ in die festo habetur accommodando orationem, scilicet, vbi habetur natiuitas, vel festiuitas, dicendo commemoratio; omittendum est verò Credo, & Gloria. Si verò celebretur Missa votiuua de Assumptione B. Virginis, vel de S. Agata in introitu gaudeamus, vbi habetur diem festum celebrantes, dicetur memoriam celebrantes. ita etiam tenet *Alcoc.* in *cœrem. tract. 1. Gloss. 4.* quos sequitur *Diana tract. 6. miscellan. resol. 101.* & *S. Faust. de sacrificis. Missæ lib. 2. in tract. de Euchar. q. 271.*

Alcoc.

Diana.

S. Faust.

Obtuagesimoquarto petes. An Sacerdos possit dicere Missam aliquam de passione, quæ in hebdomada Sancta recitatur, si illa à laicis cum elemosyna petatur.

Alcoc.

Gauant.

Castald.

Responderetur, ex DD. recentioribus, nempe *Alcocer, Gauant. & Castald. cit. à Diana, tract. 6. miscell. tom. 2. resolut. 102.* Missas votiuuas de Passione, Spiritu sancto Santissima Trinitas, ac sacramento Corporis Christi non esse celebrandas eas, quæ eo tempore habentur, sed votiuuas assignatas in Missali Romano dicendas esse.

Quagesimoquinto petes. An quando accidit festum Annunciationis B. Virginis in die Parasceues, sit Missa illius diei audienda sub pœna peccati mortalis.

R Espondetur, ex *Vasquez tom. 3. in 3. part. disp. 232.* teneri audire Missam eo modo quo celebratur dictus dies. Sed communis DD. sententia. teste *S. Fausto de Eucharist. lib. 2. q. 273. & Diana tract. de celebrat. Missar. resol. 62.* non teneri quemlibet audire dictam Missam, quia Missa illius diei non est propriè sacrificium, cum non adsit noua consecratio hostiæ, & testantur dicti auctores sic à Sacra Congregatione Cardinalium declaratum fuisse sub die 39. Februarij 1622. vt testatur etiam *Gauant. in comm. rubric. Missalis p. 3. tit. 29. nu. 24.*

Vasq.

S. Faust.

Gauant.

Quagesimosexto petes. An Sacerdos celebrari possit capite cooperto ex aliqua infirmitate.

R Espondetur multos DD. dixisse hoc posse fieri, secluso scandalo, & contèptu, sed nunc petenda est licentia à Summo Pontifice etiam si adsit causi grauis, & ita declarauit Sacra Congregatio Cardinalium supra negotia Episcoporum die 2. Ianuarij 1590. & Sacra Rituum Congregatio die 31. Iu-

Gauant. Iulij 1626. vt docet *Gauant. in comm. rubr. Mis-*
sal. tom. 1. p. 2. li. 2. li. F.

Quagesimo septimo petes. An religiosi in ipso die
Resurrectionis Domini possint Eucharistiam secu-
laribus ministrare, ita vt adimpleat præceptum
Ecclesiasticum annuæ communionis.

S. Faust.

Respondetur, ex multis DD. quos citat,
 & sequitur *S. Faustus de Eucharist. lib. 2.*
de sacrificio Missæ, q. 280. posse regulares in
 ipso die Resurrectionis ministrare Eucharis-
 tiam secularibus, & ipsi seculares adimplent
 præceptum annuæ communis.

Verum die 20. Martij 1638. sacra Con-
 gregatio Cardinalium misit litteras Eminentissimo Cardinali Boncompagno Ar-
 chiepiscopo Neapolitano, vt notum face-
 ret omnibus hoc non posse fieri, nempe, vt
 regulares ministrarent Eucharistiam die Re-
 surrectionis secularibus, & si huiusmodi se-
 culares a manibus regularium recipiunt Eu-
 charistiam non satisfaciunt præcepto an-
 nuæ communionis, vt patet ex sequentibus,
 ac formalibus verbis litteræ Sacre Congre-
 gationis directæ dicto Eminentissimo Car-
 dinali.

Conquesti sunt coram Sanctissimo Do-
 mino Rectores Ecclesiarum Parochialium
 istius ciuitatis de Patribus Theatinis, & So-
 cie-

cietatis Iesu quod asserere audent personas laicas assumentes in eorum Oratorijs, seu Congregationibus Eucharistiæ sacramentum in die Paschatis Ecclesiæ præcepto satisfacere, cumq; id minimè sit permissum, sed fideles sacram communionem tempore Paschali à proprio, vel ab alio de ipsius Sacerdotis licentia suscipere teneantur, Sanctitas Sua iussit Eminentiaæ suæ significandū, & sub pena suspensionis à diuinis, & alijs sibi benè visis id prohibeat præfatis Religiosis, moneatq; ipsos laicos sacramentum, vt supra de manu proprij Parochi teneri suscipere, vt Ecclesiæ præcepto satisfaciant, ita igitur pro sua Pastoralis pietate omnino curabit Eminentiaæ vestra cui me humillime commendo Romę die 20. Martij 1638. Eminentiaæ Vostre Reuerendissima.

Humilis. Seruus.

Cardinalis Verospius.

Ostuageesimo octauo petes. An Missa celebrari queat materna, & vulgari lingua.

Respondetur negatiuè, vt patet ex Concilio Trident. sess. 22. c. 8 vbi dicitur. Et si Missa magnam contineat populi fidelis eruditionem, non tamen expedire visum est Patribus, vt vulgari passim lingua celebraretur, & asserentes, Missam tantum

Concil.
Trid.

V

vul-

306 De miscellaneis pertinentibus

vulgari lingua celebrari debere, sunt excommunicati, vt ibidem dicitur *Can. 9. de sacrificio Missæ.*

Octuagesimonono petes. An sit peccatum mortale Missam celebrare cum omnibus vestibus sacris, sed valde attritis, & laceris, ac immundis.

Sylu.
Armill.
Tolet.
Suar.

Respondetur, ex Syluest. in summ. verbo Missa 1. q. 2. & verbo vasa num. 1. Armill. verbo corporalia nu. 2. Tolet. lib. 2. cap. 2. Suarez in 3. p. disp. 83. sect. 3. & alijs communiter affirmatiuè, nempe peccare mortaliter, si cum supradictis vestibus attritis, & immundis Sacerdos celebraret. Vnde Innoc. III. in iure cap. de custodia Ecclesie, vel Altaris, præcipit, vt Oratoria, vasa, corporalia, & vestimenta sacra, munda, & nitidè seruentur, grauiterque redarguit Clericos, qui in hoc negligentes existunt, quod maximè de corporalibus, calicibus, & patenis, verificatur, quæ proximè Corpus, & Sanguinem Christi attingunt.

Innoc. 3.

Nonagesimo petes. An sit peccatum mortale in ara non sacra celebrare?

Nauarr.
Suar.

Respondetur, ex Nauarr. in man. cap. 25. num. 83. Suarez 3. p. tom. 3. disp. 81. sect. 5. & alijs esse peccatum mortale celebrare in ara non sacra, quia hoc est contra præ-

præceptum Ecclesiæ in re graui, vt habe-
tur ex c. *Altaria de consec. dist. I.*

*Nonagesimoprimum petes. An sit peccatum mortale
in ara sacra celebrare; si notabiliter sit fracta?*

Respondetur affirmatiuè, quia per no-
tabilem fracturam perditur conse-
cratio. Ea autem notabiliter, & enor-
miter fracta dicitur, quæ in residuo non
potest calicem, & hostiam capere: vel quâ-
do frangitur, vel dimouetur sepulchrum,
in quo sunt reliquæ. ita *Sotus in 4. distin. 13. q. 2. art. 3. Azor. tom. I. lib. 10. c. 27. q. 12. & ple-
rique alij.*

*Sotus.
Azor.*

*Nonagesimosecundò petes. An liceat Sacerdoti in
Altare sacrificare in quo Episcopus eodem die
celebrauit.*

Respondetur non licere, vt constat ex
Can. in altar. de consec. dist. I. vbi sic dicitur
in altare in quo Episcopus cantauit
Missam, Presbyter eodem die aliam ce-
lebrare non præsumat, idque factum est di-
cit *Glos.* ibi ob Episcoporum honorem, &
reuerentiam. ita *Henriquez lib. 9. c. 28. num. 2.*
& alij, sed cum licentia Episcopi potest Sa-
cerdos celebrare eodem die, & in eodem
altare.

Henriq.

308 *De miscellaneis pertinentibus*

S. Faust.

Non est tamen peccatum mortale, si ex iusta causa absque Episcopi licentia Sacerdos ibi celebret, vt notat S. Faustus de Eucharist. tract. de sacrif. Missæ lib. 2. q. 213. hoc autem intelligi debet de Missa solemni, & pontificali, non autem de Missa particulari, in cuius altare Episcopus tamquam particularis Sacerdos Missam offert, quod indicant verba illa textus, in quo Episcopus Missam cætauit. Sic S. Faustus loc. cit. qui addit quod hic Canon videtur desuetudine esse abrogatus.

S. Faust.

Nonagesimo tertio petes. Vtrum ad celebrationem Missæ ultra Missale, etiam requiratur puluinus.

Respondetur, requiri non ex necessitate, sed ex cõuenientia, vt in eo deponatur Missale, vt eleganter tradit

S. Faust. S. Faustus de sacrif. Missæ q. 226.

Nonagesimo quarto petes. Vtrum diaconus, & Subdiaconus, qui in Missa solemni Sacerdoti ex officio administrant, teneantur sacris vestibus indui sub mortali.

S. Faust.

Respondetur, aliquos Doctores. teste Faust. loc. cit. sed q. 263. afferere eos ad id teneri sub veniali.

Sed

Sed S. *Fauftus* loc. cit. dicit peccare mortaliter diaconum, & ſubdiaconum ſi miniſtrant ſacerdoti ſine veſtibus, tùm quia eſt materia grauis; & aliunde nòtabilis irrogatur iniuria ſacramento, tùm quia ſic adminiſtrando faciunt contra communem Eccleſiæ conſuetudinem, quæ habet vim præcepti. S. *Fauſt.*

Nonageſimoquinto petes. Quid ſignificant veſtes ſacerdotales.

Reſpondetur primò, veſtes ſacerdotales eſſe amictum, albam, cingulum, manipulum, ſtolam, & caſulam.

Reſpondetur ſecundò, amictus ſignificat coronam ſpineam, qua Chriſtus coronatus fuit, ſeù linteum illud, quo Iudæi Chriſti faciem velebant, dicendo *Propheta nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuffit. Matth. 26.*

Alba, quæ vulgò cammiſum dicitur ſignificat veſtem illam candidam, qua Chriſtus tamquam inſanus fuit ab Herode indutus *Luc. 23.* vel ſecundum *D. Bonaventuram* ſummam eius innocentiam ſignificat, qui *1. Pet. 2.* *Qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, vel diuinitatis ſplendorem, vel reſurrectionis gloriam, quam nunciantes Angeli in albis veſtibus apparuerunt.*

Cingulum, quod albam conſtringit ne-

Matth. 26.

*D. Bonav.
1. Pet. 2.*

310 *De miscellaneis pertinentibus*

defluat, & ingressum impediatur, significatur funes, quibus in horto Christus Dominus ligatus fuit, & flagellum, quo à Pilato fuit in Passione cœsus. Tum eius iustitiam, iuxta illud *Isai. 11.* erit iustitia cingulum laborum eius.

D. Bonau. Tum denique, ex *D. Bonau. in Missæ expositione*, purissimam eius castitatem iuxta expositionem *D. Gregor. homil. 13. in illud Luc. 12.*

D. Grego. Luc. 12. *Sunt lumbi vestri præcinti.*

Manipulus, qui in sinistra pendet significatur funem, quo Christi manus à Iudeis ligatæ sunt, ex *Darand. in rational. lib. 3. c. 3.* vel ex *Soto in 4. dist. 13. q. 2. art. 4.* quo Christus fuit ligatus columnæ.

Darand. Sotus.

Dicitur manipulus à manu, eo quod quasi manu tegitur, & ornat, vel quia à manu tenetur stola significatur funem, quoad Calvariarum locum Christus ductus fuit, vel significatur crucem impositam super humeros Christi, & eius obedientiam usque ad mortem, vel Christi Passionem, quam debet Sacerdos gestare in pectore dum sacrificat.

D. Bona. Casula, quæ cæteris superinduitur secundum *D. Bonavent.* [quod veluti parva casa, totum hominem tegat representat, tum coccineam vestem, qua per irrisionem Christus Dominus fuit indutus à militibus in eius Passione, quando Pilatus ostendit eum populo dicens: *Ecce homo.* vociferantibus
cun-

cunctis tolle, tolle, crucifige eum; tum tunicam illius inconsutilem, qua ipse ut crucifigeretur exutus est.]

Verum huiusmodi vestimenta sacerdotalia non solum possunt referri ad Christum, sed etiam referri possunt ad Sacerdotem quapropter si indumenta sacra referuntur ad Sacerdotem. Amictus significat, vel fortitudinem, ut placet *Hesychio lib. 5. in Leuiticum*, iuxta illud *106. cap. 40.* accinge, ut vir lumbos tuos, vel spem qua Sacerdos debet accedere ad offerendum Deo tam admirabile sacrificium, & ideo dum Sacerdos induitur Deum orat in hunc modum: *imponere Domine capiti meo galeam salutis ad expugnandos diabolicos incursum.* Galea enim salutis metaphoricè spem significat iuxta illud *Pauli 1. Cor. & 1. Thes. 5.* induiti lorica[m] fidei, & charitatis.

Hesychio

Paul. 1. Cor.

Alba significat tum nouitatem vitæ inquam per Christum translati sumus abiecto pelliceo vestimento veteris Adæ, & Eux, *Gen. 3.* iuxta illud Apostoli *ad Ephes. 4.* deponite vos secundum pristinam conuersationem, veterem hominem, ut sentit *Rupert. lib. 1. de diuinis officijs cap. 20.* Tum candorem virtutis, & conuersationis, quam emulari debemus, & ideo dum illam Sacerdos induit; Sic orat *Alba me Domine, & munda cor meum.*

Gen. 3.
Ephes. 4.
Rupert.

Cingulum indicat carnis macerationem,

312 *De miscellaneis pertinentibus*

& castitatem, vnde dum se cingit in hunc modum Sacerdos orat. *Præcinge me Domine cingulo puritatis, & extingue in lumbis meis humorem libidinis, ut in me maneat virtus continentiae, & castitatis, iuxta illud Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti.* Vnde D. Gregor. *Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.*

Luc. 12.
D. Greg.

Manipulus significat, tum cordis compunctionem veramque poenitentiam, qua Sacerdos accedere debet ad altare, & ideo dum orat, ac se induit sic ait, *Mereat Domine portare manipulum fletus, & doloris, &c.* Tum futuram retributionem bonorū operum, ex Ruperto lib. 1. diuinorum officiorum c. 33. iuxta illud Psalm. 125. *Euntes ibant, & flebant mittentes femina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.*

Ruperto.
Psalm. 125

Stola suaue iugum Christi Domini insinuat. Vnde in ordinatione dum ei stola humeris imponitur. ita dicitur [accipe iugum Domini, quia sicut homo per inobedientiam à Deo separatus est, & statum gratiae amisit, ita periugum obedientiae, & diuinæ legis obseruantiam, in eum statum quem amisit, est restituendus.] idcirco dum hac veste Sacerdos se induit, sic orat. [Redde mihi stolam immortalitatis, quam perdidisti in præuaricatione primi parentis, &c.]

Concil.
Brachan.

A collo ad interiora dependens vtrumque latus ornat, vt Concilium Brachanense 3^o cap. 3.

cap. 3. dicit, [Sacerdotem per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, idest in prosperis, & aduersis, oportere esse munitum, quia scriptum est: patientia vobis necessaria est, vt reportetis promissiones: & cæcellatur in modum crucis ante pectus, tum ex *D. Bonauentura*, vt Passionem Christi peruigili meditatione in corde, & corpore per mortificationem terrenæ delectationis deferamus: tum ad designandum, eodem teste, populum iudaicum in sinistram transiisse, gentilem in dexteram.]

D. Bonau.

Denique casula, seu planeta, quæ super imponitur reliquis indumentis, & est diffusa, & lata, significat secundum *D. Bonauenturam* loc. cit. & *Hugonem* lib. 2. de sacramentis p. 4. c. 11. [Charitatem sine qua Sacerdos nunquam exercere debet officium suum, signata in veste nuptiali Matth. 22.]

*D. Bonau.
Hugon.*

Matth. 22.

Nonagesimoquinto petes. Cæremonia, quæ fiunt in ipsa celebratione Misse, quid significant?

R Espondetur, ingressus Sacerdotis ad altare de sacrestia significat Aduentum Christi de sinu Patris.

Thuriferarius cum thuribulo fumigante significat naturam humanam oratorem Deum pro redemptione mundi.

Duo acolythi significant, legem, & prophetas.

Sub-

314 *De miscellaneis pertinentibus*

Hugo.

Subdiaconus, & diaconus significant Sā-
ctos Patres vicinos natiuitati Christi, qui
parant viam Domini. ita Hugo *viñ. in spec.*
cap. 7.

Quando se inclinat Sacerdos, & facit cō-
fessionem, significat examinationem Filij
Dei, qui formam serui accepit in similitu-
dinem carnis peccati, vel significat mūdum
ante Christi aduentum fuisse peccatorum
plenum.

Introitus, significat repromissiones de
Messia nobis factas ex veteri testamento.

Post introitum subditur *Gloria Patri, & Fi-
lio, &c.* ad denotandum, quo à tota Trinita-
te, Christi Aduentus postulatur.

Post *Gloria Patri, & Filio, &c.* resumitur in-
troitus ad designandum quod in Christo
sunt duæ naturæ, scilicet humana, & diui-
na. Vel ad declarandum iterata desideria,
& voces Sanctorum Patrum antiquorum,
expectantium Christi Aduentum, vnde
continuo dicebant: [Emitte agnum Domi-
ne dominatorem terræ; Emitte manum,
tuam de alto, & eripe me. Veni, & noli tar-
dare.]

Isai. 33.

Post introitum dicitur *Kyrie eleison*, idest
Domine miserere, vt *Isai. 33. Domine miserere no-
stri te enim expectauimus, & Christe eleison*, idest
Christe miserere: & triplicatur in laudem San-
ctissimæ Trinitatis, & primo dicitur ter

Kyrie

Kyrie eleison, in laudem Patris. secundo dicitur ter *Christe, eleison* in gloriam Filij. Tertio dicitur ter *Kyrie eleison* in honorem Spiritus Sancti, & dicitur novies, vt per misericordiam Christi, nouem associemur ordinibus Angelorum, vel quia nouem sunt genera peccatorum, nempe originale, mortale, veniale, cordis, oris, operis, infirmitatis, ignorantia, & malitia.

Est tamen hic notandum, quod Missa in tribus linguis celebratur, scilicet Hæbraica, Græca, & Latina. Nam *Alleluia, Amen, ò Sanna, & Sabaoth*, sumuntur de Hæbraica *Kyrie eleison, Christe eleison*. Sumuntur de græca; reliqua omnia sumuntur de Latina, & dicitur in tribus linguis, quia titulus Christi in cruce pendentis scriptus fuit hæbraicè, Græcè, & Latinè, vt patet ex *Ioan. VIII. Gloria in excelsis Deo, &c.* representat Hymnum, quem Angeli Pastoribus nato Domino cecinerunt *Luc. I.* Vnde Sacerdos dicens *Gloria*, gerit personam illius Angeli, Chorus respondens, gerit personam multitudinis Angelorum: de qua dicitur ibidem. *Facta est multitudo cælestis exercitus, laudantium Dominum, & dicentium: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, &c.*

Io. VIII.

Luc. I.

Dicitur *Gloria* in medio altaris, quia Christus mediator fuit inter nos, & Deum: per cuius mediationem Deo pacificati sumus.

Vel

316 *De miscellaneis pertinentibus*

Luc. 2. Vel quia Angelus, qui natiuitatem Christi annunciauit Pastoribus, erat in medio terræ **Luc. 2.** Signum crucis in fine hymni significat circumcisionem.

Hic hymnus non dicitur ab Aduentu Domini vsque ad Natiuitatem, quia tunc representat Ecclesia mestitiam veterum Patrum expectantium Christi aduentum. Nec à Septuagesima vsque ad Pascha, quia tunc Ecclesia per cantum meroris representat deuiationem primorum parentum. finita *Gloria*, Sacerdos vertit se ad populum dicēs, *Dominus vobiscum*, idest in petitionibus vestris Dominus tribuat effectum, quæ saluatio fuit sumpta de veteri testamento, **vt** habetur **Iudic. 6.** quando Angelus salutauit Gedeonem dicens *Dominus tecum*, virorum fortissime. Sic etiam Gabriel Archangelus Beatam Virginem salutauit, *Dominus tecum*. Episcopus autem dicit, pax vobis, quia Episcopus representat personam Christi, qui quando salutabat discipulos suos dicebat, **Ioan. 20.** Pax vobis, **Ioan. 20.** Et chorus respondet: *Et cum Spiritu tuo*, idest ille, qui nominatur in ore tuo, sit in corde tuo: quæ responsio sumpta fuit ab Apostolo **2. ad Timoth. 4.** vbi dicitur: *Dominus Iesus Christus cum Spiritu tuo*. **D. Chryf.** Sic **D. Chrysof. homil. 36. in 1. ad Cor. et O. Thom.** **1. ad Cor. in 3. p. 9. 83. art. 5.** Postea Sacerdos subiungit: **D. Thom.** *Oremus*, monens se, & alios orare, quia **Do-**
mi-

minus orauit, & discipulos ad orandum excitauit, vt non intrarent in tentationem. Et dicit orationem, vt populus sit dignus tantis mysterijs, & representat orationem, quã Christus post suã natiuitatem fecit pro populo.

Sed quæres. Quare orationes dicantur numero impari?

Respondetur, quod orationes dicuntur in numero impari ob diuersitatẽ rerũ, quas dictæ orationes significant; nam quando vna tantum oratio dicitur in Missa, tunc significat vnitatem essentiæ, quando tres, Mysterium Sanctissimæ Trinitatis, quando quinque, quinque vulnera Christi Domini, quando septem denique dicuntur in Missa orationes, significant septem dona Spiritus Sancti, vt rectè docet *S. Faust. de sacrificio Missæ lib. 2. in mystica expositione Missæ.*

S. Faust.

Vocantur præterea hæ orationes collectæ, quia nomine totius populi collecti fundantur, quæ quidem orationes semper finiuntur *Per Dominum nostrum, &c.* ad significandum id, quod ipse Christus in Euangelio dixit: *Quidquid petieritis Patrem in nomine meo fiet vobis.*

Dictis collectis, populus assentiens voci Sacerdotis respondet *Amen*, idest fiat, & sum-

318 De miscellaneis pertinentibus

Apo. 20. sumptum est ex *Apocaypsi 20.*

Post collectas sequitur Epistola, quæ prædicationem Ioannis Baptistæ significat, & legi debet in medio Ecclesiæ pro eo quod Ioannes fuit medius inter Apostolos, & Prophetas, & dum cantatur à subdiacono, vnus acolithus eum comitatur, quia Ioannem

Innoc. 3. pauci sunt sequuti, vt patet ex *Innoc. III. lib. 2. cap. 29.* Modò legitur de antiquo, modo de Testamento nouo, quia Ioannes ad v-

Rupert.

trumque spectat ex *Rupert. lib. 1. cap. 32.* Lecta Epistola osculatur subdiaconus manuum

celebrantis, quia Ioannes ad Christum discipulos tandem destinauit; & sicut Christus laudauit Ioannem, ita Sacerdos benedixit subdiacono, vt patet ex *Innoc. ibidem*

Innoc.

cap. 30.

Epistola præcedit Euangelium, quia Epistola significat obseruantiam veteris legis: Euangelium verò nouæ nouæ legis.

Finita Epistola respondet minister vice populi, *Deo gratias*: Deo enim populus gratias agit, quod dignatus sit nos facere participes doctrinæ cœlestis, vt docet *August. in Psal. 132.*

August.

Post Epistolam sequitur Graduale, quod significat gressus Apostolorum post Christum, & dicitur Graduale, quia per gradus debemus ascendere de virtute in virtutem,

Innoc. 3.

& sic proficere ex lectione Epistolæ, ex *Innoc. III. lib. 2. c. 31.*

Gra.

Graduale vocatur etiam responsum, quia significat vocationem Apostolorum, qui à Domino vocati non tantum verbo; sed opere responderunt: eo quod relictis omnibus sequuti sunt eum.

Dicto Graduale sequitur versus à vertendo, quia Christus, qui fuit missus ad Iudæos, fuit conuersus ad gentes. ei adiungitur *Alleluia*, quod est canticum lætitiæ, & dicitur tempore Paschali ob specialem lætitiæ resurrectionis.

Alleluia verò exponitur multis modis, nam secundum *Innoc. III.* *Alleluia*, interpretatur *Laudate pueri Dominum.* Innoc. 3.

Secundum *D. Hieronymum*, *Laudate Dominum*, vel *Laudate Deum*. D. Hier.

Secundum *D. Gregorium*, *Alleluia*, id est *Cantate Deo laudes*. D. Greg.

Secundum *D. Augustin.* *Alleluia*, idem est, quod *Saluum me fac Domine*. D. Aug.

Secundum *D. Ambrosium*, *Alleluia*, id est *Salus, vita, & lux*. D. Am.

Alleluia, autem non dicitur tempore luctus, scilicet Quatragesimæ, Aduentus, & ieiuniorum, quia *Alleluia* est canticum lætitiæ, sed loco *Alleluia* dicitur *Tractus*, qui significat Christum tractum ad varios Iudices pro nobis miseris in sua Passione, dicitur autem tractus à trahendo, quia tractim, & cum asperitate vocum, & prolixitate verbo.

Durand.
Scort.

horum canitur, vt patet ex *Durand. lib. 2. de ritibus Ecclesiast. cap. 21. & 22. & Scortia lib. 3. de sacrific. Misæ c. 22.*

Post hæc immediatè legitur Euâgelium, quod Christus Dominus prædicauit, & in principio qui illud legit salutatur populum, vt illum ad audiendum verbum Dei attentum reddat dicens: *Dominus vobiscum*, in quo significat se orare pro eis, vt Dominus sit cum eis. Chorus respondet, *Et cum Spiritu tuo*, ac si diceret tecum sit ad dicendum. Deinde Euangelium legens librum, & seipsum, sic etiam audientes signo Crucis se muniunt in fröte, ore, & pectore: quia Christianus corde, & ore confiteri debet Euangelium, ac Christum crucifixum. Cum enim in fronte sit sedes pudoris, in eo munimur signo crucis, vt sine pudore confiteamur fidem Christi, in ore signo crucis munimur, vt palam, & libenter fidem Christi confiteamur in pectore tali signo munimur, vt toto corde credemus, quæ dicta sunt, ac fidem Christi, & nullo mortis timore terreamur à tali confessione sic *Innoc. III. lib. 2. cap. 44. & Scort. lib. 3. c. 24.*

Innoc. 3.
Scort.

Dicto verò titulo debet responderi, *Gloria tibi Domine*: quia in Euangelio agitur de gloria Dei, & nostra, qualiter scilicet Christus Diabolum vicit, & nos redemit, & victor ad gloriam Patris ascendit.

Euan-

Euangelium in alto loco legitur ad denotandum, quod doctrina Euangelij omnes alias præcedere debet, & excellere. quando legitur Euangelium accenduntur cerei, ad denotandum, quod lumine fulgentissimo Euangelij totus mundus illuminatur: & accenduntur duo cerei, ad significandum, quod Christus misit discipulos suos binos, & binos prædicare Euangelium, vel ad in-
finuandum, quod Prædicatores debent habere notitiam vtriusque testamenti.

Defertur autem liber Euangeliorum à cornu sinistro altaris ad dextrum, ad significandum, legem Euangelicam transferri à Sinagoga Iudæorum ad Ecclesiam gentiū, ut est nostra Catholica Ecclesia. ita *D. Thom.* in 3. p. q. 83. art. 4. ad 4.

D. Thom.

Lecturus Euangelium petit benedictionem ad denotandum, quod Prædicatores Euangelij debent habere autoritatem prædicandi, iuxta illud Apostoli, *Quomodo enim prædicabunt, nisi mistantur?*

Portatur thus ante Euangelium ad designandum bonum odorem virtutum Christi Euangelizantis, vel fit thurificatio ad manifestandum aromata, quæ mulieres portauerunt ad sepulchrum.

Prosequitur lecturus titulum, *Initium*, vel *Sequentia sancti Euangelij secundum N.* quorum verborum sensus est, secundum *D. Bonauen-*

302 *De miscellaneis pertinentibus*

uram, & alios, verba, quæ legi debent, esse Christi, scripta tamen, ac relata per Evangelistam Matthæum, & sic dicitur secundum Matthæum, & non Evangelij Matthæi in principio Evangelij dicitur *In illo tempore*, & in principio Epistolarum dicitur *In diebus illis*, quod fit propter Evangelij perfectionem, tempus enim continet diem, sic Evangelium continet doctrinam Epistolarum.

Innoc. 3. Sic *Innoc. III. loc. cit.*

Completo Evangelio, infigitur osculum libro Evangeliorum ad denotandum effectum nostrum erga Christum, in quem refertur veneratio per ipsum enim accepimus reconciliationem, & pacem, cum ipse sit pax nostra, qui fecit utraque vnum, ut habetur ex *Ephes. 2.*

Ephes. 2.

Tandem Diaconus defert librum apertum sacerdoti celebranti, uti ad Christum, cuius est colligere fructus prædicationis suæ, cui, & in gratiarum actionem thus ado-

Innoc. 3.

letur a Diacono, ex *Innocent. III. lib. 2. cap. 35.* Minister verò vice populi respondet, *Laus tibi Christe*, Laudans Dominum pro tanto beneficio sibi collato, ut docet *Scortia lib. 3. c. 24. n. 8. & 9.*

Scort.

Hic terminabatur Missa Cathecumenorum, qui deinceps non permictebantur ad esse sacrificio, & eis Diaconus indicabat exitum in illis verbis: *Ite Missa est*, & illis ejectis,

clau-

claudabantur ostia templi, & adhibebantur custodes, ostiarum, ne quis illorum ingrederetur templum, vt docet D. Dionysius de ecclesiast. hierarchia cap. 3. & D. Augusti serm. 237. quia hic terminatur instructio, & incipit oblatio sacrificij, & consequenter solum fideles illi interesse debent.

D. Dion.
D. Aug.

Dicto Euangelio sequitur symbolum fidei, quod est symbolum Nicenum, seu *Credo in Deum, &c.* & cantatur alta voce, ad insinuandum, quod nõ debemus solum fidem ex verbis Euãgelij corde credere, sed etiam liberè pronuciare, iuxta illud *ad Roman. 10. Corde creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem.*

Ad Roman. 10.

Recitato symbolo sequitur offertorium, in quo Sacerdos præparat, & offert Deo, quæ consecranda sunt, scilicet panem, & vinum, & oblationes ad sustentationem ministrorum Ecclesiæ: & significat Christum, qui se obtulit hostiam immaculatam Deo Patri.

Sacerdos benedicit aquam, & non vinum, quia aqua significat populum, qui indiget benedictione Dei: vinum autem significat Christum, qui est super omnia benedictus.

Quo cantato fit silentium, in quo appropinquante Passione significatur latibulum Christi, qui palam non ambulabat, vt dicit *Innoc. III. c. 54.*

Innoc. 3.

X 2

Vc-

324 De miscellaneis pertinentibus

Velum amouetur à calice, vt calix videatur à populo, quia nunc manifestè in Missa Passio Christi representatur: ministri præparant oblata, & circa eadem crucis signa fiunt; quia concilium fecerunt Hæbrei, vt eum morti traderent.

Innoc. 3. Patena partim absconditur sub corporale, quia patentia corda discipulorum in fide titubant, & deficiunt, vt patet ex *Innoc. c. 59.*

Sacerdos facta oblatione, lauat manus, indicans hac cœremonia ad hoc sacrificium faciendum, non solum à mortalibus; sed etiam à venialibus Sacerdotem esse purgandum, vt omni exteriori, & interiori mūditiā, & puritate hæc diuina mysteria celebret. ita *D. Thom. in 3. p. q. 83. art. 1. ad 5.*

D. Thom.

Sacerdos dum lauat manus post offertorium dicit septem versus vnius Psalmi, ad postulandam septem dona Spiritus sancti, quibus indiget.

Luc. 22. Postea verò vertit sese Sacerdos ad populum secreto dicens *Orate fratres*, ad insinuandum, quod Christus dixit discipulis suis, *Orate ne intretis in tentationem* **Luc. 22. & Matth. 26.**

Matt. 26.

Tunc Sacerdos dicit sub silentio orationes secretas, quæ debent esse secundum numerum collectarum ante Epistolam præmissarum, & significatum tēpus, quo Christus latuit, quia non dum venerat horas eius. Fi-

Finitis secretis dicit Sacerdos alta voce: *Per omnia secula seculorum, &c.* ad designandū, quod post miraculum Lazari resuscitati, Christus aperte prædicavit.

Postea dicit præfationem, quæ sic appellatur, quia præcedit eam actionem, in qua, propriè, ac principaliter sacrificium conficit: & significat triumphum Christi in die palmarum, in quo tum Angeli, tum Hebreorum pueri cantabant, *O sanna benedictus, qui venit in nomine Domini.*

Deinde osculatur altare, & significat osculum Iudæ, qui osculo tradidit Dominū.

Præfatione finita incipit Sacerdos Canonem, qui incipit in illis verbis. *Te igitur* usque ad cōmunionem. Et primo quidem secreto dicitur, ad indicandum Deum verè esse absconditum in hoc mysterio.

Tres cruces, quæ primò fiunt super oblata, denotāt tres traditiones Christi ad mortem, à Deo Patri, à Iuda, & à Iudæis, qui Pilato eum tradiderunt, ut dicit *Innoc. III. lib. 3. cap. 3.*

Innoc. 3.

In alijs quinque crucibus post *Hanc igitur oblationem, &c.* Tres emptores intellige, Sacerdotes, Scribas, Phariseos, venditum, & venditorem, ut patet ex *Innoc. lib. 3. c. 12.* vel in his quinque crucibus latet historia à die palmarum, ad mortem Christi per dies quinque.

Innoc.

326 De miscellaneis pertinentibus

Consecratio representat coenam Domini-
nicam, ubi benedictiones hostiæ, & calicis
significant, & representant non crucifixum
nem, sed præsignationem passionis Christi
factam in ipsa coena, ut patet ex *D. Thom. 3. p.*

D. Thom.

q. 83. m. 6. Vel ad denotandum, quod Chri-
stus pro duobus populis erat passurus, vel
quia redimenda sunt anima, & corpus no-
strum per passionem Christi. ita *Alex. Alens.*
4. p. q. 33.

*Alex.
Alens.*

Elevatio corporis Christi, significat ele-
vationem Christi in cruce.

Dimissio significat depositionem eius de
Cruce.

Positio super corporale, significat inuo-
lutionem eius in Syndone munda.

Elevatio Sanguinis ostendit Christum
effundisse sanguinem pro nobis.

Quando Sacerdos extendit brachia, de-
notat extensionem brachiorum Christi in
cruce.

Quando Sacerdos inclinat se dicens, *Sup-
plices te rogamus, &c.* designat humilitatem
Christi, & obedientiam in passione cui asti-
tit Angelus confortans, & Sacerdos addit.
Iube hæc perferri per manus Angeli tui.

Quando Sacerdos elevat brachia, deno-
tatur, quod oratio eius pro populo dirigi-
tur ad Deum.

Sequuntur statim quinque cruce ad ea

VER-

verba. *Hostiam puram, &c.* ad memoranda quinque Christi vulnera in cruce accepta. ita *Stephanus Eduent. de sacram. Altaris. c. 17.*

Stephan.

Osculum quod sequitur altaris, hoc loco opponitur osculo Judæ in Hōrto: tres crucēs adduntur, vel ad notandas tres illusiones Christi, à Pontificibus, Hærode, & Pilato factas, ex *Alberto Magno*, vel vincula, flagella, & coronæ spineam, ex *Innoc. sup. c. 5. nobis quoque peccatoribus*, significat contritionem, & confessionem latronis, & Centurionis confitentium Christum verum Deum.

Alberto Magno. Innoc.

in sequentibus tribus crucibus: *Sanctificas, vivificas, &c.* Recolitur crucifixio Christi, qui hora tertia apud Marcum, linguis Judæorum cruci est affixus. *Tolle, tolle, &c.* ex *Innoc. III. lib. 5. cap. 9.* In alijs tribus ad ea: *Per ipsum cum ipso, & in ipso*, attenditur trina oratio Christi in cruce. Prima *Pater ignosce illis, &c.* Altera *Dæus Dæus meus, ut quid dereliquisti me?* Tertia, *Pater in manus tuas comendo spiritum meum, ut patet ex D. Thom. loc. cit.* & in duabus sequentibus: *Est tibi Deo Patri, &c.* attenditur divisio animæ à corpore Christi, ut ait *Innoc. loc. cit.* Fiunt autem hæ duæ crucēs extra calicem, quia hæc separatio facta est non ex violentia passionis, & calitatis, sed ex potestate propriæ voluntatis Christi, ut ait *Innoc. loc. cit.* vel in primis tribus crucibus possunt notari tres horæ quibus vixit

Innoc. 3.

D. Tho.

Innoc.

Innoc.

328 *De miscellaneis pertinentibus*

Christus in cruce : in alijs tribus crucibus, calice detecto, tres aliæ horæ possunt notari, quibus Christus mortuus pependit in cruce: in duabus extra calicem, potest considerari, ac notari, emissio sanguinis, & aque è latere, & inter has cruces velum tēplum, scissum, significatur, cum amouetur de calice palla, vt rectè dicit *Titelm. c. 48.*

Titelm.

Eleuatur calix cum hostia, & statim deponitur in ijs verbis: *Omnis honor, & gloria, ad denotandum depositionem Christi de cruce, & sepulturam eiusdem, vt ait Stephanus*

Stephan. Eduensis.

Eduensis loc. cit.

Calix hoc loco operitur palla, & designat lapidem positum ad ostium monumenti, ex *Innoc. lib. 5. cap. 10.* vel corpus Christi inuolutum syndone à Iosepho, vt interpretatur *Durand. cap. 46.* celebrans, & diaconus hinc tangunt calicem simul inuuentes ministrarium, scilicet quod Nicodemus celebrans, & Ioseph, qui inuoluit syndone corpus Christi, dicitur diaconus: & diaconus tangens calicem, eundem palla cooperit. Recedit diaconus à facie celebrantis, vt à monumento recesserunt Nicodemus, & Ioseph.

Innoc.

Durand.

Dicitur alta voce: *Per omnia secula seculorum*, quia clamauit centurio, & clamor factus est à mulieribus, vt ait *Stephanus Eduensis loc. cit. cap. 17.* Et vt colligamus vltima

Stephan. Eduensis.

Chri-

Christi verba; statim additur oratio Dominica, quæ constat septem petitionibus, in honorem septem verborum Christi in cruce. ita *Durand. c. 35. § 47.*

Durand.

Pater noster, significat filiationem per gratiam: quod autem ita oratio dicatur alta voce, significat quod Rex Cælorum in nova lege publicè prædicavit.

Dicte *Pater noster*, sequitur sub silentio: *Liberi nos quesumus*, &c. Et cum dicitur *Da pacem*, signat se Sacerdos cum patena, & osculatur eam insinuando quod Deo Patri in Passione Filij eius sumus reconciliati, patena seorsum posita significat lapidem à sepulchro Christi in sua resurrectione remotum. Dicitur sub silentio, in signum quod Christus interdum, scilicet in triduo siluit à prædicatione. Subdiaconus, & Diaconus ministrant patenam apertam, & ecce mulieres cordibus patentibus, valdè mane ad monumentum pergunt. ita *Innoc. lib. 6. c. 1.* Osculum patenæ significat, quod Christus impleturus erat ferè statim desiderium mulierum. Vnde statim amouetur palla à calice, sicut lapis ab Angelo ab hostio monumenti. ita *Innoc. loc. cit.*

Innoc.

Innoc.

Innoc.

Fractio hostiæ significat separationem animæ à Christi corpore: vel quia in fractione panis cognitus fuit Christus resuscitatus. ita *Innoc. lib. 6. c. 2.*

Ho-

330 De miscellaneis pertinentibus

Hostia frangitur in tres partes, quarum duæ partes extra calicem reseruantur, & vna illarum significat triumphantes in coelo, altera expectantes in purgatorio, & tertia, quæ in calice mictitur, significat militantes in hoc mundo. Fiunt etiam tres partes propter tres apertiones in corpore Christi, tempore Passionis, scilicet manuum, pedum, & lateris. Vel propter Trinitatem personarum in vna essentia. Vnde licet fiant tres partes in diuisione hostiæ, vnus tamen est Christus, totus sub qualibet parte hostiæ.

Pax Domini sit semper vobiscum, significat Christum resurrexisse, & Apostolis pacem dedisse. Tres cruces cum particula supra calicem triduum mortis significant, vt ait *D. Thom. in 3. p. q. 83. artic. 6.* vel trium mulierum aduentum indicant ad ostium monumenti quærentium crucifixum, ex *Innoc. lib. 6. c. 2.* vel virtutem totius Trinitatis demonstrant in miraculosa resurrectione Christi. Istæ tres cruces fiunt ad quatuor labia calicis, quia ad quatuor mundi partes pertingit resurrectio Christi.

Agnus Dei, significat liberationem per misericordiam: & triplicatur ad denotandum, quod liberamur à malis presentibus, præteritis, & futuris, vel quod petimus nobis remitti peccata, scilicet cogitationis, loquutionis, & operationis, per quorum re-

mis-

*D. Thom.
Innoc.*

missionem veniemus ad æternam pacem.

Dicitur bis *Miserere*, & ultimo *Dona nobis pacem*, ad ostendendum quod in mundo isto, & purgatorio indigemus misericordia Dei, & in Paradiso habebimus pacem, & requiem opulentam.

Dicitur agnus ab agnoscendo, quia sicut solo balatu, agnus matrem suam agnoscit: sic Christus in Passione sua, matrem suam agnouit. fit communio, & cleri, & populi, quia Christus comedens cum Apostolis, sumens reliquias dedit eis. Deinde Sacerdos reddit ad dextrum cornu altaris in signum, quod Iudæi in fine mundi conuertentur.

Postcommunio significat boni operis consumationem: vel gaudium, quod habuerit discipuli de resurrectione Christi.

Dicuntur plura *vobiscum*, in signum quod Dominus discipulis sæpius eo tempore dixit *Pax vobis*. ita *Innoc. lib. 6. c. 11.* vel in ultimo *vobiscum*, contemplare Dominum dicentem; *Ecce ego vobiscum sum, usque ad consummationem sæculi*, ut patet, ex *Matth. c. 28.* ita *Vualden. tit. 4. c. 44. n. 5.*

Finita Missa dicit Sacerdos, vel Diaconus alta voce. *Ite Missa est*, idest redite ad propria, quia Missa, idest hostia salutaris pro nobis ad Deum placandum oblata est, vel *Ite*, idest sequimini Christum, qui ad dexteram Dei sedet.

Di

Innoc.

Vualden.

332 *De miscellaneis pertinentibus*

Dicto *Ite Missa est*, clerus respondet *Deo gratias*, ad denotandum quod pro beneficio redemptionis nostræ, cuius mysterium, ut dictum est, representatur Missa, debemus esse in continua gratiarum actione.

Ultima benedictio, exprimit missionem Spiritus sancti in Pentecoste in nomine sanctissimæ Trinitatis.

Finis Missæ significat finem mundi.

Restat ultimum sancti Ioannis Euangelium, quod prædicationem Apostolorum demonstrat, tum diuinitatis, tum incarnationis Christi.

Dicitur autem hoc Euangelium completa tota Missa, ad iugem recordationem tanti beneficii, quod verbum Domini dignatum sit pro nobis assumere carnem humanam, fieri homo mortalis, & ob varias alias causas, quas reassumit Suarez tom. 3. p. 3. disp. 83. sect. 1.

Regressus in Sacrestiã designat post prædicationem, & opera bona, tandem ad Deum in cœlum nos quoque peruenturos Amen.

Nonagesimosexto petes. Quid sit ecclesiasticum officium, quod recitatur à Sacerdotum, & quid significet?

Ad primum.

Re-

R Espondetur, nomine ecclesiastici officij venire septenam decantationem, laudis sanctam ex constitutione ecclesiastica, & quotidie exolendum Deo, iuxta illud propheticum ritum noui testamenti *Septies in die laudem dicit tibi Psal. 118.* Quæ laus, & septena decantatio tota continetur in diuino officio, quod quotidie nos sacerdotes exoluimus, nempe in Matutino, & Laudibus, in Prima, in Tertia, in Sexta, in Nona, in Vesperis, & in Completorio, instituit autem Ecclesia sancta Dei, vt septena laus in die cantetur à sacerdotibus in diuino officio ne Diabolus possit aduersus nos præualere cum septem spiritibus, qui nisus est assumere contra nos iuxta illud *Luc. 11. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.*

Psal. 118

Luc. 11.

Ad secundum.

R Espondetur, quamlibet Horam diuini officij, significare tot opprobria illata Christo Domino à Iudæis in Passione eius, & rectè aduertit, & explicat *Glos. in c. 1. de celebrat. Missar.* dum sequentes versus recitat.

*Hæc sunt septenis propter, quæ psallinis horis.
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat.
Prima replet sputis, causam dat tertio mortis.
Sexta cruci necit, latns eius nona bipartit.*

Vespe-

334 *De miscellaneis pertinentibus*

Vespera deponit, tumulto completa reponit.

Sed dices cur appellantur Horæ Canonicae.

Respondetur, quia regulati sanctione sunt institutæ, & obseruatæ, canon enim latinè significat regulam; Sic *Michael Thimoteus* in diuinum officium q. 8.

Nonagesimo septimo. petes. An Ecclesie præcepto satisficiat, qui primatum lingua Hæbraica, Græca, vel Italica Horas Canonicas persoluit?

S. Faust. **R**espondetur, ex *S. Faust. tract. de Horis Canonicis*, q. 100. eum satisfacere, quia, quoad significationem, & substantiam est idem officium, licet quoad verba sit accidentaliter diuersum, ac proinde sequitur quod qui lingua Græca, vel Hæbraica, aut vulgari diuinum officium persoluit, ad nullam fructuum restitutionem tenetur, item satisfacit, qui ex voto, vel pœnitentia Confessoris Psalmos penitentiales, aut alias preces recitare tenetur suæ obligationi satisfacit illos vulgari idiomate persoluendo, præfertim si hoc faciat causa maioris deuotionis, immo in hoc casu putat *S. Faustus* loc. cit. nullum peccatum cōmictere, cum adsit causa, puta maior deuotio.

No-

Nonagesimo octavo petes. An peccet, qui ita absque aliqua iusta causa Horas Canonicas persolvit?

R Espondetur, ex DD. quos citat *S. Faust.* *Ho* loc cit. q. 101. eum peccare, tum quia facit contra vsitatum Ecclesiæ morem, recitando officium vulgari idiomate.

S. Faust.

Tum quia plebs de facili errare posset, non ritè percipiens verum, & germanum sensum verborum.

Nonagesimonono petes. A quo tempore fuit introductus vsus recitandi diuinum officium.

R Espondetur, ex DD. quos citat *Filius.* *tract. 23. cap. 3. num. 89.* vsus diuini officij esse antiquissimum, & inchoatum esse à tempore Apostolorum, præcipua autem testimonia sunt *Act. 3. Petrus, & Ioannes ascēdebant in templum ad horam orationis Nonam. Psalm. 118. Septies in die laudem dixi tibi clemens Rom. lib. 8. consil. cap. 34. dicit præcationes facite mane tertia hora, & sexta, & Nona, & Vespere usque ad galli cantum.*

Filius.

Act. 3.

Ps. 118.

Rom.

Verum confitendum est, vt docet *Sylu.* *verb. hora. q. 8. num. 9. & Azor. cap. 1. q. 7.* recitatione diuini officij esse iuris ecclesiastici, & non diuini, vt alij dixerunt. Non enim quidquid è sacris litteris est deriuatum, de iure

Sylu.

Azor.

386 *De miscellaneis pertinentibus*
iure diuino est sed tantum Ecclesiam eo e-
doctam, legem inde sanxisse.

*Centesimo petes. An Sacerdos institutus, & obli-
gatus ad celebrandum in certo templo oratorio, vel
altare peccet alibi celebrando?*

Diana.

R Espondetur, cum communi DD. sen-
tentia. teste *Diana de celebrat. Missar. re-
solut. 29.* peccare mortaliter quia in re ma-
gni momenti infideliter agit frangendo fi-
dem.

Sed non teneri ad restitutionem si in de-
signato loco minimè celebrat, nisi aliquod
suffragium defunctis subtraxerit, quia vi-
delicet, si in designato altare celebrasset, ali-
qui ad eum conuenissent, vt sacrum audir-
ent, & mortuos precibus adiuuassent, & in
hoc debet Sacerdos defectum huiusmodi
alijs precibus compensare.

*Centesimoprimum petes. An Sacerdos, possit duplex
suum stipendium pro vna Missa accipere, applicando
vni partem solitam, & alteri suam partem?*

Diana.

R Espondetur, ex multis grauibus DD.
teste *Diana de celebrat. Missar. resolut. 14.*
hoc fieri posse; alij negant, & rectius eo ma-
gis, cum videatur hoc esse declaratum à Sa-
cra Congregatione hoc non fieri posse, ne-
pe

pè, ut vna, & eadem Missa satisfiat vtrique obligationi, & idem *Diana* hoc aduertit loc. cit. sed *resol.* 80. verba Sacræ Congregationis hæc sunt. [Sacerdotes quibus diebus tenentur Missam celebrare ratione beneficij, seu cappellæ legati, aut salarij, si eleemosynas pro alijs etiam Missis celebrandis susceperint non posse eadem Missa vtrique obligationi satisfacere.]

Diana;

Centesimo secundo petes. An detur aliquis casus in quo Sacerdoti liceat Missas celebrare anticipate?

R Espondetur, ex *Petro Ledesma, Rodriquez, Reginald. & Riccio*, meo Domino, & amicissimo. teste *Diana* loc. cit. *resol.* 16. posse dari, & erit si ex obligatione alicuius cappellæ, teneatur Missas certas singulis hebdomadis celebrare, vel in posterum pro certa intentione, quia tunc si aliter non exprimitur in fundatione cappellanæ, potest Sacerdos in antecedente hebdomada tales Missas celebrare.

*Pet. Led.,
Rodriq.
Reginald.
Riccio.
Diana;*

Centesimo tertio petes. Vtrum Sacerdos, qui in diebus Dominicis, vel alijs festis duplicibus celebrat aliam Missam votiuam, v.g. vel de requie, &c. peccet mortaliter.

R Espondetur, ex communi DD. sententia, teste *Diana de celebrat. Missar. resol.* 30.

Diana;

Y non

338 *De miscellaneis pertinentibus*
non peccare mortaliter, nisi aliud circumstantiæ suadeant, & scandalum adsit.

Centesimoquarto petes. An qui inter celebrandum non applicauit alicui Missam, possit eam postea alijs applicare?

S. Faust. **R**espondetur, ex communi DD. sententia. teste *S. Faust. de Eucharist. lib. 2. q. 55.* non posse; statim enim in eo casu valor, ac fructus sacrificij clausus fuit in Ecclesiæ thesauro, ac proinde pro illa, nec stipedium accipere potest, nec vllam postea applicationem facere, quia solus Romanus Pontifex, & Episcopus habent potestatem dispensandi indulgentias, & clauem habent huius thesauri. Quare cum Missæ valor sit iam clausus, ac reconditus in thesauro Ecclesiæ, iam non subiacet potestati Sacerdotis.

Centesimoquinto petes. Cui profit fructus sacrificij, quem Sacerdos applicauit alicui incapaci.

Corduba. Henriq. **R**espondetur, ex *Corduba lib. 1. q. 3. & Henriquez lib. 9. cap. 18. n. 7.* huiusmodi fructum reponi in Thesauro Ecclesiæ.

S. Faust. Alij verò DD, teste *S. Faust. lib. 2. de sacrificio Missæ q. 53.* docent prodesse ipsimet celebranti, si indigeat, & intentionem habeat saltem virtualem applicandi sibi huiusmodi

di fructum in defectū alterius ipse est enim capax fructus, vt suppono, & potest illum sibi applicare, si verò non indigeat, aut formaliter, & expressè non intendat sibi applicare, arbitror reponi in thesauro Ecclesiæ.

Hinc

Colligitur optimum consilium esse, vt quoties quis pro aliquo celebrat, simul habeat conditionatam voluntatem illam fructum satisfactionis alicui alteri applicandi, si fortè is, pro quo celebrat, eius sit incapax, aut eo non indigeat: vt si Beatus sit, aut damnatus, vel saltem sit in peccato mortali, aut etiam nullam de facto habeat temporalem pœnam persoluendam pro præteritis peccatis, quo casu est incapax remissionis pœnæ. Debet ergo Sacerdos habere saltem virtualem, aut implicitam voluntatem applicandi alicui hunc fructum, dum celebrat: alioquin frustra eum postea conatur applicare, quandoquidem quando valor Missæ non est alicui applicatus, tunc reponitur in thesauro Ecclesiæ cuius Sacerdos non est dispensator, sed Summus Pontifex, vel Episcopus in casibus à iure sibi permissis.

Addo præterea, quod quando Sacerdos dicit Missam ad instantiam eius à quo recepit eleemosynam, debet intentionem habere applicandi valorem sacrificij iuxta in-

340 *De miscellaneis pertinentibus*

tionem illius, & si casus euenit quod qui dedit eleemosynam pro sacrificio applicauisset alicui personæ incapaci, puta damnato, vel Beato, vel non indigenti, tunc potest habere intentionem applicandi sibi met celebranti huiusmodi valorem sacrificij, quoad satisfactionem poenæ, quia in hoc casu nullam iniuriam, vel iniustitiam facit ei à quo recepit eleemosynam, nam alioquin valor Missæ satisfactorius reponeretur in thesauro Ecclesiæ, sine vtilitate eius qui dedit eleemosynā pro celebratione Missæ.

Hanc speculationem non reperi in nullo autore, ac proinde censui opere pretium fore nedum Sacerdotibus celebrantibus sine mercede, sed præsertim Sacerdotibus stipendium recipientibus pro celebratione Missæ.

Centesimosexto petes? Vtrum illi, cui applicatus fuit fructus sacrificij, sed illi non profuit propter obicem peccati, proficit, obice sublato?

*Henriq.
Nauarr.*

Respondetur, ex *Nauarr. de horis canonic.* c. 19. nu. 73. *Henriq. lib. 9. c. 15. nu. 2. littera M.* Sublato obice, id est deleto peccato per contritionem, vel actualement confessionem redire effectum sacrificij satisfactorij, quia dicunt, hoc sacrificium habere eadem naturam cum sacramentis nouæ legis, quæ

rece-

recedente fictione, habent suum effectum ex opere operato.

Sed *S. Faustus de sacrificio Missæ lib. 2. q. 57. in tract. de Eucharist.* dicit oppositum esse probabilius, nempe non redire effectum satisfactorium Missæ ex opere operato, sublato obice peccati; & affert rationem, nam sacrificium oblatum pro iusto tunc temporis non indigente satisfactione, non suspenditur, nec conseruatur illi fructus, & effectus illius pro tempore quo indigerit, sed reponitur in thesauro Ecclesiæ, ergo multo minus suspenditur, vel cōseruatur pro peccatore, ergo non redibit postea hic effectus, sed manebit in thesauro Ecclesiæ.

S. Faust.

Centesimo septimo petes. Quonam tempore diuinum sacrificium conseruat suum ex opere operato.

Respondetur, ex *Henriquez lib 9, c. 9. nu. 4.* post consumptionem sacramenti cōferri fructum sacrificij ex opere operato ijs pro quibus Sacerdotes sacrificant. Vnde merita Christi Domini ante consumptionem sacrificij cruenti per mortem, non erāt de facto acceptata à Deo tamquam efficacia ad apertionem coeli, vt rectè docet *Henriq. loc. cit.*

Henriq.

Henriq.

Centesimo octavo petes . In quo consistit essentia sacrificij ?

Adrian. **R**espondetur, ex *Adriano in 4. q. 6. de Eucharist. maior. in 4. dist. 9. & alijs DD.* essentiam sacrificij, dicunt, consistere in consecratione vnius speciei, *Bellarmin. lib. 4. de Eucharist. c. 22. Soto in 4. dist. 9. q. 1. art. 1. Suarez, & alij cit. à S. Faust. de Eucharistia lib. 2. q. 27. docent de essentia sacrificij esse consecrationem vtriusque speciei.*

Sed difficultas est, an oblatio, & sumptio specierum sit de essentia sacrificij.

Henriq. Suar. Soto. AZor. S. Faust. Suar. **R**espondetur, ex *Henriquez lib. 9. cap. 9. Suarez, Soto, AZor, & alijs cit. à S. Faust. de Eucharist. lib. 2. q. 28.* oblationem esse de essentia sacrificij.

Negat verò *Suarez in 3. par. tom. 3. disp. 75. sect. 5.* sumptionem specierum esse partem essentialem sacrificij, sed dicit, ad summum esse partem integrantem, & solum requisitam necessitate præcepti diuini, non necessitate sacramenti, aut sacrificij.

Sotus. Henriq. Sed *Sotus in 4. dist. 13. q. 2. artic. 1. Henriquez lib. 9. cap. 9. & alij dicunt sumptionem specierum esse etiam de essentia sacrificij; Ratio est, quia de ratione huius sacrificij est, vt*

fit

fit representatio passionis Christi iuxta illud *Hoc facite in meam commemorationem.* Non representatur autem passio, & mors Christi, nisi adsit consumptio, vt colligitur ex *I. ad Cor. II. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis mortem Domini annunciabitis.*

*I. ad Cor.
inth. II.*

Præterea de essentia sacrificij est, & præsertim holocausti, vt tóta victima consumetur, & realiter immutetur, sed hoc non fit in hoc sacrificio, nisi per sumptionem Sacerdotis, quia ante sumptionem Christi manet realiter sub speciebus tanquam victima sacrificanda ergo sumptio per quam perfectè immutatur, & amittit esse sacramentale, pertinet ad essentiam sacrificij.

Neque obstat, quod corpus Christi per sumptionem nõ mutetur secundum suum esse naturale, vt patet ad *Rom. 6. Christus resurgens iam non moritur*, sufficit enim quod mutetur secundum esse sacramentale, cum definat esse sub speciebus per ipsarum consumptionem. Tandem videtur hoc esse definitum in *Concilio Toletano II. cap. 5. & in c. relatum de consecrat. dist. 2. vbi contra Sacerdotes, qui consecrabant, & non communicabant sic dicitur; quale erit sacrificium, cuius neque ipse sacrificans particeps efficitur, & ita tenet D. Thom. etiam 3. p. q. 79. art. 5. vbi dicit Eucharistiam habere rationem sacrificij, in quâ sumitur.*

Rom. 6.

*Concilie
Tolet.*

D. Thom.

344 *De miscellaneis pertinentibus*

Henriq.

Henriquez lib. 9. cap. 9. clarè dicit oblationem, consecrationem, & sumptionem esse de essentia sacrificij. Ex quo

S. Faust.

Infert *S. Faust. de Eucharist. lib. 2. q. 29.* eum qui consumptioni non assistit, non satisfacere præcepto audiendi sacrum, quia sine illa non consistit sacrificium.

Centesimo nonò petes. An aliqui effectus sacrificij Missæ sint ex opere operato? Antequam respondeam.

SVppono sacrificium Missæ duplicem effectum habere posse, alterum ex opere operato, alterum verò ex opere operantis; ille dicitur ex opere operato, qui pendet ex sola institutione diuina, & confertur propter merita Christi, nulla habita ratione bonitatis, aut malitiæ ministri operantis, & talis confertur in baptismo, & alijs sacramentis, ille verò effectus ex opere operantis est, qui prouenit ex bonitate, & deuotione illius, qui operatur. His positis.

*Dom. So.
Pet. Sof.*

Respondetur primò, ex *Dominico Soto lib. 9. de iustitia q. 2. art. 2. Petr. Soto lib. de institut. Sacerdot. lect. 7.* Sacrificium Missæ quatenus sacrificium est nullum habere effectum ex opere operato, quia non adest promissio ex parte Christi, sed tantum adest promissio Christi huic sacrificio Missæ quatenus est

est sacramentum, nam manducationi carnis, & potui sanguinis Christi legimus Ioan. 6. factam esse promissionem vitæ; oblationi verò, seu sacrificiationi nihil legimus fuisse promissum. Sed

Ioan. 6.

D. Th. in 4. dist. 1. 2. q. 2. art. 2. quæstiuncula 2. ad 4. & clarius dist. 45. q. 2. art. 1. quæstiuncula 3. & art. 3. quæstiuncula 1. ad 3. Gabriel lect. 27. Caietan. tom. 2. opusculor. tract. 3. q. 2. & innumeri Theologi docent sacrificium Missæ habere aliquem effectum ex opere operato, ex institutione diuina, etiam si nullus offerens esset in gratia; fundatur hoc in Tridentino sess. 22. cap. 2. vbi cum dixisset per huius sacrificij oblationem remicti peccata reddit causam subdens. Vnam enim eademque est hostia idem nunc offerens Sacerdotum ministerio qui seipsum tunc in cruce obtulit; ergo siue minister sit bonus, siue malus semper eadem est hostia, & idem offerens, & quamuis in sacris litteris non reperiat expresse promissio huius effectus ex opere operato, tamen sufficere Ecclesiæ traditionem, & autoritatem innumerorum ferè Doctorù.

D. Thom.

Gabriel.

Concil. Trid.

Centesimodecimo petes. Qui sunt effectus sacrificij Missæ, ut sacrificium est ex opere operato?

R Espondetur, ex Gabriele lect. 26. in Canonem Missæ Petr. Soto de instit. Sacerd. lect. 7.

Gabriel. Pet. Sot.

Bel-

346 *De miscellaneis pertinentibus*

Bellarm.
Henriq.

Bellarm. lib. 2. de Missa c. 4. Henriquez lib. 9. c. 12.
& alijs primum effectum sacrificij Missæ ex opere operato esse per modum impetrationis, & semper conferri, & numquam negari, dummodo ex parte eius, pro quo offertur, non desit dispositio, & est infallibilis quia nititur meritis Christi qui est res oblata, & principalis offerens qui semper à Patre exauditur.

D. Thom.

Secundum effectum sacrificij ex opere operato esse per modum satisfactionis, ut docet D. Th. 3. par. q. 79. art. 7. & colligitur ex Math. 26. & 28. ubi dicitur, *Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*, est communis sententia Theologorum, unde valor generalis Missæ per modum satisfactionis, est ex opere operato, & applicatur Summi Pontifici, Antistiti, & omnibus alijs fidelibus Ecclesiæ dummodo sint capaces recipiendi huiusmodi fructum satisfactorium sacrificij.

Centesimodecimoprimum petes. An Sacerdotes quotiescunque celebrant, teneantur aliquam partem fructus sacrificij ex opere operato, applicare toti Ecclesiæ.

Suar.

Respondetur, ex Suarez tom. 3. 3. p. disp. 78. sect. 2. §. sed quæres, & disp. 79. sect. 9.

Mirand.

versicul. secundo inquiri, & Miranda tom. 1. q. 41. art. 15. Sacerdotes nullam habere obligationem

nem applicandi partem aliquam sacrificij ex opere operato pro tota Ecclesia per modum satisfactionis, sed esse positum in voluntate Sacerdotum, vt totum fructum sacrificij applicent, vel per specialem, vel per generalem intétionem prout eis libuerint; si non habuerint peculiarem aliquam obligationem ratione beneficij, vel stipendij recepti, promissionis, vel præcepti superioris, quia nec talis obligatio, nec diuisio triplicis fructus scilicet generalis particularis, & medij fundatur in iure diuino, nec ecclesiastico; non primum, quia neque ex scripturis, neque ex traditione habetur tale præceptum; non secundum quia neque tale præceptum reperitur in iure; nec colligi potest ex Canone Missæ: nam ibi solum oratur pro omnibus in persona ecclesie, & generaliter pro omnibus offertur, quæ omnia commodè intelligi possunt de sola impetratione. Sed

Torrentes Theologorū docēt, teneri Sacerdotē fructum generalem, nedū per modū impetrationis applicare toti Ecclesie, sed etiā teneri Sacerdotē applicare fructum sacrificij toti Ecclesie per modū satisfactionis. ita *Ang. verb. Missæ, q. 5 Sylu. verbo Missæ 1. q. 9. Soto lib. 9. de iustitia, quæst. 2. artic. 2. Nauarr. c. 25. num. 92. & quasi innumeri alij Theologi, immo nec posse Sacerdotem, licet iniqua in-*
ten-

Ang.
Sylu.
Soto.
Nauarr.

348 *De miscellaneis pertinentibus*

tentione tentet, excludere fideles ab huiusmodi fructu generali Missæ per modum satisfactionis; tùm quia ipsis applicatur saltem ex generali Ecclesiæ intentione, ac Summorum Pontificum, & conciliorum institutione; tùm quia omnes iusti, quamuis absentes sint, nec actu offerant, fiunt participes fructus Missarum, & aliorum bonorum, quæ fiunt in vniuersali Ecclesia, & cõmunione sanctorum. ita *Henriquez lib. 9. cap. 17. num. 3. Nauarr. cap. 25. num. 92. AZor. part. 1. lib. 10. cap. 20. q. 9. §. ult. & plerique alij, & probabile est, teneri Sacerdotem sub peccato mortali applicare dictum valorem generalem sacrificij Missæ omnibus Christifidelibus, vt colligitur ex Canone Missæ, & vniuersalis Ecclesiæ consuetudo interpretatur.*

*Henriq.
Nauarr.
AZor.*

*Nauarr.
Henriq.
Bellarm.*

ita Nauarr. in summa cap. 25. num. 92. Henriquez lib. 9. cap. 17. nu. 3. & Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 3. §. secundo ait.

Centesimo decimo secundo petes. An fructus generalis satisfactorius sacrificij Missæ ex opere operato se extendat etiam ad fideles defunctos, qui nunc sunt in Purgatorio?

*Valq.
Persico.*

Respondetur, ex *Vasquez tom. 3. disp. 231. c. 6. nu. 27. & Persico de officio Sacerdotis lib. 2. dub. 13. nu. 80.* huiusmodi fructum satisfactorium generalẽ sacrificij Missæ ex opere

re

re operato etiam applicari fidelibus defunctis, qui nunc sunt in Purgatorio, & cum hic fructus sit finitus, modicissima erit pars, quæ unicuique applicabitur.

Centesimodecimo tertio petes. An Sacerdotes, & alij priuati offerentes possint alijs applicare fructum specialissimum sacrificij Missæ ex opere operato respondentem ipsis offerentibus?

Respondetur, ex Suarez tom. 3. 3. par. disp. 79. sect. 8. & sect. 9. dub. vltra Ludouic. Miranda tom. 1. Mant. q. 4. art. 7. non posse offerentes prædictum fructum alijs applicare: & si de facto illum applicarent illis nõ prodesse: ipsos vera peccare contra charitatem quia magis quis tenetur diligere seipsum, quam alium. Sed

Maiores in 4. dist. 45. q. 2. artic. 4. Nauarr. in manuale c. 25. nu. 9. Henriquez lib. 9. cap. 18. nu. 3. Facundez præcept. 1. lib. 3. cap. 6. num. 23. Naldus in summa verbo Missa nu. 14. & plerique alij docent posse Sacerdotes, & alios priuatos offerentes expressa intentione applicare alijs fructum specialissimum sacrificij Missæ ex opere operato respondentem ipsis offerentibus, & per consequens posse priuare seipsum spontè omni satisfactione sacrificij ipsis respondentem, quia prædicti offerentes sunt Domini illius satisfactionis; nam licet con-

Suarez.
Ludou.
Mirand.
Mant.

Maiores.
Nauarr.
Henriq.
Facund.
Nald.

fe-

350 De miscellaneis pertinentibus

feratur ipsis ex opere operato, re vera tamē fit, tamquam propria, sicut illa, quæ est ex opere operantis, nec Sacerdotes, nec alios priuatos offerentes peccare contra ordinem charitatis, si alijs applicent fructum sacrificij Missæ ex opere operato ipsis respondentem, etiam si ipsi indigeant satisfactione, quia hic fructus est distinctus à merito, quod sequitur ex illa actione offerendi sacrificium, facta in gratia, nec est remissio alicuius culpæ, aut gradus gratiæ, vel gloriæ; Sed est satisfactio, & remissio pœnæ, & in hoc ipso charitatis opere magis merentur.

Præterea cum applicatio est simpliciter ex opere operato non requiritur, vt applicas fit in gratia, vt patet in Sacerdote etiam in peccato mortali existenti, cuius sacrificij fructus ex opere operato semper habet suū effectum in non ponentibus obicem.

Hinc

Colligo quod peccatores laici carentes gratia Dei, & in peccato perseverantes possesatisfactionem ex opere operato quam haberent ex sacrificijs Missæ totius Christianitatis alijs impertiri, nempe defunctis, & alijs existentibus in gratia Dei egentibus tali satisfactione, etiam si adhuc uiuant, & si peccatores non applicarent huiusmodi fructum satisfactorium, vel re-

po

poneretur in thesauro Ecclesiæ, vel accresceretur alijs egentibus tali satisfactione, dummodo essent capaces recipiendi huiusmodi fructum, puta si essent in gratia.

Probatur, satisfactio pœnæ supponit culpam esse delectam, vel medio actu contritionis, vel media actuali confessione sacramentali: sed qui existit in peccato non habet delectam culpam, ergo non est capax recipiendi fructum prouenientem ex sacrificio Missæ per modum satisfactionis.

Centesimoquarto petes. An Missæ sacrificium conferat augmentum gratiæ ex opere operato? Quæstio est, an conferat augmentum gratiæ illis qui nullo modo offerunt, nec cogitant de sacrificio.

R Espondetur, ex *D. Thom. 3. p. q. 79. artic. 5.* *D. Thom.*
Henriquez lib. 9. cap. 13. num. 4. Suarez to. 3. *Henriq.*
3. p. disp. 79. sect. 4. Facundez præcept. 1. lib. 4. c. 3. *Suar.*
n. 2. & alijs, sacrificium Missæ, vt sacrificium *Facund.*
est per se, & ex opere operato non conferre augmentum gratiæ quia Christus non instituit hoc sacrificium ad hunc finem, sicut instituit sacramenta, vt patet ex sequentibus, ac formalibus verbis *D. Thom. loc. citat.* *D. Thom.*
[Eucharistiam, vt est sacramentum, institutam esse ad spiritualiter nutriendum, per vnionem ad Christum, & membra eius per
cha-

352 *De miscellaneis pertinentibus*

charitatem; sed ut sacrificium ad satisfaciendum.] Hinc

Primò colligitur, quod diuersa ratio est Eucharistiæ, quatenus est sacramentum, & quatenus est sacrificium; nam quatenus est sacramentum ordinatur ad sanctificationem fidelium, & ad augmentum gratiæ, quatenus verò est sacrificium, ordinatur ad cultum Dei.

Secundò colligitur, per Missæ sacrificium posse iusto impetrari auxilium sufficiens, vel efficax, quo in gratia conseruetur, vel ad eliciendum actum, quo in gratia crescat.

Tertiò colligitur, sacrificium Missæ per accidens neque conferre primam gratiam ex opere operato ita *Henriques lib. 9. cap. 13. num. 4. Suarez tom. 3. 3. par. disp. 79. sect. 4.* & alij Theologi. Sed ut sacramentum potest interdum per accidens conferre primam gratiam puta quando quis putat se esse dispositum ad recipiendum sacramentum, puta quando quis putat se habere cõtritionem, & re vera non habet nisi attritionem, nam tunc sacramentum Eucharistiæ confert per accidens primam gratiã, ut alibi dixi; hoc intelligitur quando deest copia confessarij, & nisi laicus communicet oriretur graue scandalum.

Quartò colligitur, probabile esse sacrificium Missæ, ut sacrificium est ex opere
ope-

Henriq.
Suar.

operato, & per se delere culpas veniales, quia non repugnat peccata venialia remitti absque vlla infusione gratiæ habitualis, & sine vlllo actu peccatoris, ac per consequens sine physica eius mutatione. ita *Henriq. lib. 9. cap. 13. nu. 2. Greg. de Val. tom. 4. disp. 6. q. 11. punt. 1. quæstioncul. 4. §. 22. & alij insignes Theologi. aliqui DD. teste Henriq. loc. cit. negant, sed per accidens cōcedunt, quia pœnis ablatis cessat culpa.*

*Henriq.
Greg. de
Val.*

Quintò colligitur, probabilius esse sacrificium Missæ ex opere operato immediatè, & per se delere peccata venialia in illis tantum pro quibus hoc sacrificium offertur; & ipsi etiam sunt offeretes, quia aliquo modo concurrunt dando elemosynam, vel petendo, aut facièdo; vt pro ipsis offeratur; hac intentione formali, aut virtuali, vt à Deo obtineant remissionem suorum peccatorum. ita DD. teste *Persico de officio Sacerd. lib. 2. dub. 8.*

Persico

Sextò colligitur, probabilius esse in illis pro quibus Missæ sacrificium offertur, & ipsi nullo modo concurrunt offerendo illud nec sciunt, nec cogitant de eo, non deleri peccata venialia ex opere operato; sed tantum impetrari ipsis donum aliquod à Deo, quod de suis peccatis venialibus explicitè, vel implicitè dolendo, ea detestentur: ita *Vasquez tom. 3. disp. 228. cap. 3. num. 18. Ludou.*

*Vasq.
Ludou.*

Z

nicus

Ludou.

Mirand. *uicus Miranda in Manuale Prælatorum Regul. tom. I. q. 41. art. 10. & alij.*

Centesimo decimo quinto petes. Quibus modis sacrificium Missæ conferat suos effectus?

Respondetur primò, si Missæ sacrificium consideretur secundū id, quod habet ex vi actualis oblationis, quæ fit à ministro proximè offerente, certum esse posse mereri tam de congruo, quam de condigno, satisfacere, & impetrare. Ratio est, quia homo iustus ex quocunque opere bono in gratia, & charitate facto tres recipit fructus secundum communem Theologorum sententiam. Primum, meritum de condigno, cui in hac vita respondet augmentum gratiæ; in cælo verò gloria essentialis ex iustitia, & hic effectus non potest alijs prodesse, nisi soli facienti opus, ac proinde, nec potest pro alijs offerri. Secundus effectus est impetratio; quia iustus per omnes actus bonis in charitate factos impetrat à Deo petitiones suas, & hic effectus potest dici etiam meritum, non de condigno, quia nulla lege tenetur Deus concedere omnes petitiones iustorum in particulari; sed de congruo; quia congruum est, vt Deus illas concedat, quando pertinent ad salutem; tertius effectus est satisfactio pœnæ debite
pro

pro peccatis iam remissis, & hi duo posteriores effectus, sicut prodesse possunt non solum facienti opus bonum, sed etiam alijs, ita etiam pro alijs offerri: sed oblatio sacrificij Missæ est opus virtutis religionis præstantissimū. ergo Sacerdos offerens, si sit in gratia nō solū de condigno mereri potest, sed etiam de congruo impetrare, & ex iustitia satisfacere. ita *Bellarmin. lib. 2. de Missa cap. 4. Greg. de Valent. tom. 4. disp. 6. q. 11. punt. 1. & alij.*

Respondetur secundò, oblationem sacrificij Missæ, vt est à Christo principali offerentē, nullum effectum habere posse per modum meriti de condigno, & satisfactionis, ex opere operantis Christi, quia non est Christus in statu merendi, vel satisfaciēdi, posse tamen habere effectum per modum impetrationis, quia Christus nunc est in statu orandi, & impetrandi, hic tamen causandi modus non est omninò certus, quia non est certum Christum nunc existentem in cœlo actu coniungere orationem suam cum omni oblatione huius sacrificij. Sed veresimile est, aut semper, aut plerumque, ita fieri; quando verò fit, habere infallibilem efficaciam ex opere operantis Christi. ita *Bellarminus lib. 2. de Missa cap. 4. Suarez tom. 3. 3. p. disp. 79. sect. 2. & Miranda tom. 1. manualis q. 41. art. 7.*

*Bellarmin.
Greg. de
Val.*

*Bellarmin.
Suar.
Mirand.*

Respondetur tertio, sacrificium Missæ

Z 2 ex

356 *De miscellaneis pertinentibus*

ex vi institutionis, & promissionis Christi non posse propriè loquendo habere effectum ex opere operato per modum meriti, & satisfactionis de condigno, quia ut dictum est, Christus non est in statu merendi, vel satisfaciendi, sed tantum habere vim ex opere operato applicandi satisfactiones Christifidelibus, qui sunt capaces recipiendi, puta si egent, & sint in gratia. ita *D. Thom.* in 3. p. q. 79. art. 5. *Henriquez lib. 9. cap. 13.* *Suar. in 3. p. tom. 3. disp. 79. sect. 6.* & plerique alij colligitur, ex *Trid. sess. 22. cap. 1.* ubi ait, [Christum Dominum instituisse hoc sacrificium, ut sacrificij cruentis salutaris virtus in remissionè peccatorum, quæ à nobis quotidie cõmittuntur, applicaretur, & quamvis in sacris litteris non reperiatur expressa promissio huius effectus ex opere operato, tamen sufficit Ecclesiæ traditio.]

Verum etiam hæc veritas colligitur ex sacra Scriptura, puta ex illis verbis, *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.*

Centesimodecimosextò petes. An sacrificium Missæ sit impetratorium ex opere operato, & infallibiliter impetret.

D. Thom.
Bellarmino.

Respondetur, ex *D. Th. in 3. p. q. 79. art. 7. & q. 83. art. 1.* *Bellarmino. lib. 2. de Missa cap. 4.*

Hen-

Henriquez lib. 9. c. 15. & plerique alijs affirmatiuè quantum est ex parte Dei, nisi homo resistat, quia sacrificans offert huiusmodi sacrificium in virtute meritorum Christi, & res oblata, idest Christus, semper exauditur à Patre pro sua reuerentia, vt ait *D. Paulus ad Hebr. 5.*

D. Paulus

Centesimo septimo petes. An sacrificium Missæ sit propitiatorium?

Respondetur certa fide credendum esse, Missæ sacrificium esse verè propitiatorium pro peccatis; quia licèt nunc aliqua sit controuersia inter Theologos, quæ nã peccata, & quomodo per Missæ sacrificium remittantur; certum est apud catholicos, vt definiuit *Concilium Trident. sess. 22. cap. 2. & can. 3.* virtute huius sacrificij peccata etiam mortalia pro nobis remitti, patet ex *Epist. ad Hebræos 5. cap. 1.* vbi ait omnis Pontifex, siuè Sacerdos, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis, & est cõmunis Theologorum sententia *D. Thom. in 3. p. q. 79. art. 5. & 7. Caiet. tom. 2. opuscul. tract. 3. q. 2. Bellarm. lib. 2. de Missa, & plerique alij.*

Concil. Trident.

*D. Thom.
Caiet.
Bellarm.*

*Centesimodecimo octauo petes. An sacrificium
Missæ ex opere operato conferat bona temporalia.*

Respondetur primò, certum esse apud
Doctores catholicos sacrificium Mis-
sæ esse impetratorium omnis generis
beneficiorum.

Respondetur secundò, multos Theolo-
gos asserere Missæ sacrificium habere hunc
effectum, nempe conferendi bona tempo-
ralia per modum meriti de congruo. ita So-
tus in 4. dist. 11. q. 2. artic. 7. & distin. 13. q. 2. ar. 1.
Corduba lib. 1. quæst. Theolog. cap. 2. q. 3. dub. 2. Bel-
larm. lib. 2. de Missa cap. 5. & plerique alij.

Soto.

Corduba.

Bellarm.

Azor.

Reginald.

Respondetur tertio, ex Azor. part. 1. lib. 10.
c. 21. q. 4. in fine, & Reginald. in praxi lib. 29. c. 9.
sect. 2. nu. 155. bona temporalia conferri per
Missæ sacrificium ex opere operato, quia
dicunt hoc sacrificium pro ipsis oblatum,
certò suum effectum adipisci, quamuis
ea bona sæpè ex accidenti non conferantur
ijs, pro quibus sacrificium offertur, quia id
eis non expedit.

*Centesimodecimononò petes. An Missæ sacrificium
habeat aliquem effectum ex opere operato in om-
nibus offerentibus? quæstio est quando Sacerdos
nullum fructum eis applicet?*

Re-

Caiet.
Ang.
Sylv;

Respondetur, ex Caiet. 3. p. q. 79. art. 5. Angel. verbo *Missæ* nu. 52. Sylu. verbo *Missæ* 1. q. 9. & multi alij DD. docent, vt quis effectum ex opere operato consequatur, non satis esse cum sacerdote sacrificium *Missæ* offerre; sed necessariò requiri, vt etiam pro ipso offeratur; Ratio est, quia vt sacrificium alicui proficit ex opere operato, debet ei prodesse vt sacrificium, ergo necesse est, vt pro illo offeratur; Semper verò applicat Sacerdos alijs si non speciali intentione semper tamen generali intentione, vt patet ex verbis Canonis *Missæ*.

Verum magis participant hunc fructu, qui proprius ministrant, vt diaconus, & subdiaconus, quam clerici minores, & magis, qui inseruit *Missæ*, vel cantant in choro quando *Missæ* solemniter celebratur, quam qui solum intersunt *Missæ*, & magis, qui dant eleemosynam pro celebratione *Missæ*, quam qui nihil dat, vt rectè docet *Persicus de officio Sacerdot. lib. 2. dub. 11. n. 56.*

Persico.

Centesimouigesimo petes. Quot fructus ex opere operato corresponsdeant Sacerdoti celebranti.

Respondetur, duplicè fructum ex operato correspondere sacerdoti celebranti alterum quatenus offert in persona Christi, vt minister publicus, alterum verò

260 *De miscellaneis pertinentibus*

quatenus offert, vt priuata persona; quia Sacerdos dum celebrat duplicem representat personam scilicet Christi, & propriam, & sub vtraque ratione offert, ac proinde sub vtraque ei fructus responderè debet. de primo omnes communiter affirmant, de secundo quatenus est priuata persona.

Probatur; quia Sacerdos ob publicum ministerium, quod gerit, non exiit rationem personæ priuatæ, sub qua etiam ad sacrificium concurrit, sicut reliqui omnes circumstantes, neque enim in hoc debet esse peioris conditionis, quam reliqui priuati offerentes.

Centesimo vigesimo primo petes. Vtrum sacrificium Missæ sit infiniti valoris?

Antequam respondeam.

Suppono duobus modis posse aliquid dici infinitum, vno modo intensiuè, alio modo extensiuè, illud dicitur intensiuè, quod parit effectum infinitum, illud verò dicitur infinitum extensiuè, quod non tot prodest, quin possit prodesse pluribus.

His positis.

Henriq. Respondetur primò, ex Henriquez lib. 9. cap. 17. Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 79. sect. 12. Bellarm. lib. 2. de Missa c. 4. Petro Nau. lib. 2. c. 2. nu. Pet. Na. 268. & alijs communiter hoc sacrificium

Mis-

Missæ esse valoris infiniti extensiuè, idest ratione deuotionis, aut multitudinis offerentium, & posse in infinitum semper crescere, quia non tot prodest quin possit professe pluribus.

Respondetur secundò, citra controuersiam esse sacrificium Missæ ex se, idest, tam ratione rei oblatæ, quàm primarij, & supremi offerentis, esse infiniti valoris, quia res oblata, & primarius offerens est Christus, qui est infiniti valoris ratione vnionis hypostaticæ.

Respondetur tertio, sacrificium Missæ quatenus offertur à Sacerdote in persona Ecclesiæ, idest, quatenus consistit in consecratione, oblatione, & sumptione, quæ fiût à Sacerdote, etiam si Christus sit principalis offerens, esse finiti valoris, quia proximus offerens est Sacerdos, qui est finitus, & satisfactio sacrificij incruenti applicatur nobis per Sacerdotem, qui Sacerdos est finitus, vt dictum ergo, &c.

Possunt præterea adduci illa verba sacre Scripturæ pro confirmatione huius veritatis; Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius, ergo videtur quod Deus primario respiciat personam offerentem, & secundario rem oblatam, sed proximus offerens est Sacerdos licet primarius, & supremus offerens sit Christus, ergo valor sacrificij quate-

AUS

362 De miscellaneis pertinentibus

nus applicatur nobis per instrumentum finitum, debet esse finitus alioquin plura absurda sequerentur.

Primò sequeretur, quod si sacrificium Missæ esset infiniti valoris, vnicò sacrificio Missæ posset euacuari purgatorium.

Secundò, sequeretur quod per se loquendo pro vnicò Missæ sacrificio posset Sacerdos plura stipendia integra accipere, quod pugnat cum communi Ecclesiæ consuetudine. ita Scotus quodlibet. 20. Durand. in 4. dist.

Scotus.

Durand.

1. a. q.

Nauarr.

D. Thom.

Tolet.

Bellarm.

Azor

Caiet.

Sylu.

Canus.

Vasq.

Corduba.

Nauarr.

45. q. 5. Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 230. Nauarr. in manuali c. 25. nu. 92. D. Thom. in 4. dist. 45. q. 2. art. 4. Tolet. lib. 2. c. 6. & 8. Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 4. Azor. p. part. lib. 10. c. 20. & plerique alij, & hæc est probabilior magis recepta sententia quidquid dicant Caiet. in 2. tomo opusculor. tract. 3. q. 2. Sylu. verbo Missa 1. q. 9. Canus lib. 12. de locis Theolog. c. 13. Vasquez disp. 230. cap. 3. Corduba lib. 1. q. 3. Petr. Nau. lib. 2. de restit. cap. 2. num. 268. & alij docentes sacrificium Missæ esse infiniti valoris intensiuè, ac proinde vnam Missam oblatam pro pluribus æque illis prodesse, ac si pro singulis separatim offerretur.

Centesimo vigesimo secundo petes. An tantum valeat Missa pro vno, quantum pro pluribus quæstio est de valore Missæ ex opere operato.

Re-

R Espondetur, ex opinione *Caiet.* & alijs proximè citatis, sequitur quod tantū valet Missa pro vno quantum pro pluribus cum afferant hostiam huius sacrificij habere valorem infinitum. Sed

In nostra opinione valor Missæ plus valet, cum applicata est vni quam cum applicata est pluribus, nam dictum est valorem sacrificij esse finitum.

Centesimo vigesimo tertio petes. An Missæ sacrificium saltem quantum ad vim impetrandi pro pluribus oblatum æque profu singulis, quam si pro vno dumtaxat offerretur?

R Espondetur, ex *Scoto, Riccardo, Bonauentura, Paludan.* & alijs cit. à *S. Fausto tract. de Eucharist. lib. 2. q. 61.* minus in singulis valere, quia preces offerentium sunt finitæ, at finitum in plures homines diuisum, fit in singulis minus.

*Scotus.
Bonau.
Palud.
S. Faust.*

Centesimo vigesimo quarto petes. An Missa mali Sacerdotis sit tanti valoris, quam boni?

R Espondetur, Missam mali Sacerdotis quantum ad valorem ex opere operato, idest quantum est ex parte sacrificij æque esse fructuosam, atque boni, quia hic fructus sacrificij prouenit ex opere operato,

364 *De miscellaneis pertinentibus*

Concilio
Trid.

to, & non dependet à probitate, vel improbitate ministri est conclusio definita in *Trid. sess. 22. c. 2.* vbi dicitur, hoc sacrificium esse mundam oblationem, quæ nulla indignitate, & malitia offerentium inquinari potest, & est communis Theolog. sent.

Quantum verò ad valorum ex opere operantis, certissimum est, plus valere Missam boni Sacerdotis, quam mali.

Sed dubium est de Missa quantum ad preces, quæ à Sacerdote improbo in persona Ecclesiæ effunduntur?

D. Thom.

Respondetur, ex *D. Th. in 3. p. q. 82. art. 6.* communiter recepto æqualiter valere sacrificiū mali, vel boni Sacerdotis, quia Ecclesia, quæ principaliter est offerens semper Deo est grata.

Scotus.

Scotus verò in *4. dist. 139. 1. art. 6.* docet vberiores esse fructum, si Missa per bonum ministrum offeratur.

Quare dicendum est, Missam boni Sacerdotis simpliciter, & absolute omnibusque ritè perpenfis, magis esse fructuosam, quam mali, gratius enim semper est munus quod offertur ab amico, quam quod ab inimico offertur. ita *Henriquez lib. 9. c. 18. nu. 5.* *Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 77. sect. 3. Nauarr. c. 25. in summa n. 111. & alij.*

Con-

Centesimoigesimoquinto petes. Vtrum Sacerdos, qui stipem accepit pro Missæ celebratione, satisfaciat Missam celebrando in peccato mortali?

R Espondetur, ex Henriquez lib. 9. cap. 21. nu. 4. Suarez loc. cit. sed disp. 86. sect. 1. & alijs satisfacere etiam si in peccato mortali celebret, vt patet ex dictis. Henriq.
Suar.

Centesimoigesimosexto petes. Quisnam sit principalis offerens in hoc sacrificio.

R Espondetur, esse Christum Dominum, quia Christus nunc est etiam verus Sacerdos, & intercedit pro nobis, est conclusio definita in Concilio Lateranense sub Innoc. III. in c. firmiter de summa Trinit. & fide catholica, vbi dicitur, Christum in hoc mysterio simul esse Sacerdotem, & sacrificium, & in Trid. sess. 22. cap. 1. & 2. habetur eundem Christum, qui in cœna, & in cruce obtulit esse in hoc mysterio principalem offerentem. Concil.
Lat.

Concil.
Trid.

Probatur etiam clarè ex autoritate Chrysost. homil. 83. in Matth. loquens de Christo sic ait. [Non sunt humanæ virtutis opera, quæ tunc in illa cœna præstitit, ipse quoque nunc operatur, nunc; nos ministrorum locum tenemus, qui verò sacrificat, & transmutat, ipse

Chrysof.

366 *De miscellaneis pertinentibus*

August.

ipse est,] & homil. 60. sic dicit [Cum videris Sacerdotem offerentem, nec ipsum consideres, sed manum Christi inuisibiliter extensam,] & *D. August. lib. 10. de Ciuit. Dei c. 20.* formalia verba dicit Christus est offerens, Christus est oblatio.

Centesimo uigesimo septimo petes, Quomodo Christus in Cælo degens dicatur principalis offerens in sacrificio Missæ.

D. Thom.

Respondetur, & ratio est, quia Sacerdos conficit in persona Christi; & tanquã legatus eius, ipsum representans eiusque vice offert Deo hoc sacrificium, vt ait *D. Tho. 3. p. q. 82. & 83. art. 1.* vbi dicit Sacerdotem, consecrare in persona Christi, & illius vicem gerere.

*Anselm.
Theofil.
Oecum.
Suar.*

Præterea dicitur de Christo in sacra Scriptura. *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech,* nec potuit dici Christus Sacerdos æternus propter solam hostiam, quæ in cruce peracta est; sed quia nunc perpetuo sacrificat per Sacerdotes offerentes, vt ponderant *Anselmus, Theofil. & Oecumen. cit. à Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 77. sect. 1.*

Præterea ait *Suarez loc. cit.* quod considerari potest, quod Christus per humanitatem suam physicè concurrat ad actionem illam, per quam hoc sacrificium conficitur

sci-

scilicet ad transubstantiationem, in qua ratione dici potest Christus, ut homo principalis offerens respectu ministri: quia licet humanitas eius in ea actione instrumenta- liter concurrat, est tamen instrumentum con- iunctum, & ut sic dicam, præcipuum organum diuinitatis, & hæc quidem efficien- tia aliquid confert ad rem de qua agimus.

Centesimouigesimo octauo petes. Quid sit sacrificium propriè, & strictè sumptum?

R Espondetur, esse oblationem rei sensi- bilis à legitimo ministro factam per realem mutationem, ad testandum, supremum illius dominium, & nostram subiectionem; dicitur oblatio quia omne sacrificiũ, est oblatio, non tamen omnis oblatio est sacrificium, ut infra patebit; dicitur, rei sensibilis, quæ ponitur ad hoc, à ratione sacrificij propriè dicti, ut excludatur omnes actiones fidei, spei, & charitatis, & cætera- rum virtutum; dixi propriè dicti, nam me- taphoricè omne opus in Dei cultum rela- tum, interdum appellatur sacrificium, ut contritio cordis *Psal. 50.* mortificatio carnis *Psal. 50.* oratio *Psal. 140.* eleemosyna *ad Rom. 12.* ad *Rom. 12.* iustitia *Psal. 50.* & alia quæ *D. Chry- sost. in Psal. 95.* inter sacrificia connumerat. *Psal. 50.* *D. Chry.*

Psal. 50.
ad-Ro. 12
Pf. 140.
Hæbr. 13
Psal. 50.
D. Chry.

368 *De miscellaneis pertinentibus*

ad He. 5. cerdote, quia sacrificium non nisi à Sacerdote offerri potest, iuxta illud *ad Hebr. 5.* omnis Pontifex, ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis.

Dicitur Deo, ad denotandum quod sacrificium non offertur, nisi soli Deo.

D. Thom. Dicitur per realem mutationem, quia vt *D. Thom. dicit 2. 2. q. 86. art. 1. & q. 85. art. 3. in hoc* differt sacrificium ab alijs oblationibus, quia sacrificij materia aliquid in se patitur, ac proinde aliqua sui mutatione sacra- tur, quia nimirum mactatur exuritur, &c. aliarum verò oblationum materia, nullam sui mutationem patitur, sed tantum adhi- bitis quibusdam verbis, & coëremonijs, Sa- cerdotis ministerio consecratur, vt rami oliuarum, palmarum, fructus ciborum, &c. Vnde oblatio latius patet, quam sacrificiū, nam omne sacrificium est oblatio non è contra.

Mutatio autem, quæ fit in sacrificio Mis- sæ, vna est conuersio panis, & vini in car- nem, & sanguinè Christi; altera est sumptio à sacerdote facta, qua Eucharistia quasi cõ- sumitur.

Dicitur ad testandum supremum illius dominium, & nostram subiectionem, nam per sacrificium profiteamur exterius, quod interna fide credimus, Deum esse scilicet su-

supremum Dominum rerum omnium, Regem, ac Principem ipsumque colimus, profitendo per hoc sacrificium excellentiam eius, & nostram subiectionem.

Centesimo uigesimo nono petes. An in lege natura aliqua existerint sacrificia?

Respondetur affirmatiuè, vt constat ex scripturis, legimus enim Cain, Abel, Noe, Melchisedech, Abrahamum, Iacobû, & Iob Deo sacrificasse. In lege veteri tria genera sacrificij erant. Primo offerebât Deo, ob ipsius reuerentiam, recognoscentes ipsum vniuersalem Dominum omnium: & hoc dicebatur holocaustum in quo totum animal quod Deo offerebatur, ob ipsius reuerentiam igne comburebatur, nulla particula reseruata, vt ostèderet, ipsum omnium rerum Creatorem esse, ac Dominatorem. Vnde ob id dicitur holocaustum, quasi totum vsum, seu combustum.

Secundò, offerebant Deo ob reconciliationem ob aliquod peccatum commissum quod dicebatur hostia, seu victima placabilis, cui pars aliqua Sacerdoti reseruabatur, & totum residuum consumebatur igne, ad significandum quod Deus in salute nostra operanda vtatur sacris ministris.

Tertiò, offerebatur Deo sacrificium in

A a

gra-

370 *De miscellaneis pertinentibus*

gratiarum actionem pro beneficio aliquo diuinitus accepto, vel pro aliquo impetrando, & dicebatur hostia pacifica, quæ in tres partes secabatur, prima dabatur Deo, & hæc tota comburebatur. Secunda in cibum Sacerdotis cedebat, & tertia remanebat in escam eorum, qui offerebant, vt rectè dicit

S. Faust.

S. Faustus de sacrif. Missæ lib. 2. q. 7.

Centesimo trigésimo petes: An Sacerdotes nouæ legis à legis naturæ, & scriptæ Sacerdotibus distinguantur?

Respondetur distingui, quia Sacerdotes legis naturæ à Republica, vt cæteri magistratus creabantur. Sacerdotes legis scriptæ propagabantur per generationem ab Aaron. Sacerdotes autem nouæ legis nō carnis origine, aut filiorum propagatione, sed sorte, per diuinam consecrationem eliguntur, vt eleganter tradit *S. Faust. de sacrif. lib. 2. q. 9.*

S. Faust.

Præterea Sacerdotes legis naturæ, & scriptæ vi institutionis, nec sãctificabantur, nec gratiam recipiebant, nec gaudebant characterē indelebili, & illi animalia Deo offerebant, Sacerdotes verò legis nouæ Christum offerunt Deo, & conficiunt sacramentum ex vi verborum, & à peccatis mortalibus absoluunt, vt patet ex *Trident. sess. 14. c. 6.*

*Concil.
Trid.*

De-

Denique illi coniugati erant, & ducebant uxores etiam post sacerdotium; Sacerdotem autem nouæ legis castitatem vouent, ergo, &c.

Confirmatur, etiam ex communi DD. sententia, & præsertim *Magist. sent. in 4. dist. 1.* *Magist.* sacrificia veteris legis, nec peccata debebant, nec gratiam conferebant ex opere operato, ex merito tamen offerentium, qui ex fide, & charitate offerebant, obtinebant gratiam Dei, & remissionem peccatorum non quidem vi illorum sacrificiorum, sed per merita Christi quem venturum fide viuâ saltem implicita credebant.

Centesimotrentesimoprimum petes. An sacrificium Missæ, & sacramentum essentialiter distinguantur?

Respondetur differre, & ratio est, quia vt probaui, essentia sacrificij consistit in oblatione, consecratione, & cõsumptione, essentia verò sacramenti consistit in sola consecratione.

Præterea sacrificium per se, & immediatè ad cultum Dei ordinatur: sacramentum autem ordinatur ad nostram iustificationem.

Centesimotrigesimosecundò petes. An sacrificium Missæ sit idem essentialiter cum sacrificio, quod

362 De miscellaneis pertinentibus

nus applicatur nobis per instrumentum finitum, debet esse finitus alioquin plura absurda sequerentur.

Primo sequeretur, quod si sacrificium Missæ esset infiniti valoris, vnicò sacrificio Missæ posset euacuari purgatorium.

Secundò, sequeretur quod per se loquendo pro vnicò Missæ sacrificio posset Sacerdos plura stipendia integra accipere, quod pugnat cum communi Ecclesiæ consuetudine. ita Scotus quodlibet. 20. Durand. in 4. dist.

Scotus.

Durand.
1. q. 1.

Nauarr.

D. Thom.

Tolet.

Bellarm.

Azor

Caiet.

Sylu.

Canus.

Vasq.

Corduba.

Nauarr.

45. q. 5. Vasquez tom. 3. in 3. p. disp. 230. Nauarr. in manuali c. 25. nu. 92. D. Thom. in 4. dist. 45. q. 2.

art. 4. Tolet. lib. 2. c. 6. & 8. Bellarm. lib. 2. de Missa cap. 4. Azor. p. part. lib. 10. c. 20. & plerique alij,

& hæc est probabilior magis recepta sententia quidquid dicant Caiet. in 2. tomo opusculor. tract. 3. q. 2. Sylu. verbo Missa 1. q. 9. Canus

lib. 12. de locis Theolog. c. 13. Vasquez disp. 230. cap. 3. Corduba lib. 1. q. 3. Petr. Nau. lib. 2. de restit.

cap. 2. num. 268. & alij docentes sacrificium Missæ esse infiniti valoris intensiuè, ac pro-

inde vnam Missam oblatam pro pluribus æque illis prodesse, ac si pro singulis separatim offerretur.

Centesimo vigesimo secundo petes. An tantum valeat Missa pro vno, quantum pro pluribus quaestio est de valore Missæ ex opere operato.

Re-

Respondetur, ex opinione *Caiet.* & alijs proximè citatis, sequitur quod tantū valet Missa pro vno quantum pro pluribus cum afferant hostiam huius sacrificij habere valorem infinitum. Sed

In nostra opinione valor Missæ plus valet, cum applicata est vni quam cum applicata est pluribus, nam dictum est valorem sacrificij esse finitum.

Centesimoigesimalotertio petes. An Missæ sacrificium saltem quantum ad vim impetrandi pro pluribus oblatum æque profuit singulis, quam si pro vno dumtaxat offerretur?

Respondetur, ex *Scoto, Riccardo, Bonauentura, Paludan.* & alijs cit. à *S. Fausto tract. de Eucharist. lib. 2. q. 61.* minus in singulis valere, quia preces offerentium sunt finitæ, at finitum in plures homines diuisum, fit in singulis minus.

*Scotus.
Bonau.
Palud.
S. Faust.*

Centesimoigesimoquarto petes. An Missa mali Sacerdotis sit tanti valoris, quam boni?

Respondetur, Missam mali Sacerdotis quantum ad valorem ex opere operato, idest quantum est ex parte sacrificij æquè esse fructuosam, atque boni, quia hic fructus sacrificij prouenit ex opere operato,

364 *De miscellaneis pertinentibus*

Concilio
Trid.

to, & non dependet à probitate, vel improbitate ministri est conclusio definita in *Trid. sess. 22. c. 2.* vbi dicitur, hoc sacrificium esse mundam oblationem, quæ nulla indignitate, & malitia offerentium inquinari potest, & est communis Theolog. sent.

Quantum verò ad valorum ex opere operantis, certissimum est, plus valere Missam boni Sacerdotis, quam mali.

Sed dubium est de Missa quantum ad preces, quæ à Sacerdote improbo in persona Ecclesiæ effunduntur?

D. Thom.

Respondetur, ex *D. Tb. in 3. p. q. 82. art. 6.* communiter recepto æqualiter valere sacrificiū mali, vel boni Sacerdotis, quia Ecclesia, quæ principaliter est offerens semper Deo est grata.

Scotus.

Scotus verò in *4. dist. 139. 1. art. 6.* docet vberiores esse fructum, si Missa per bonum ministrum offeratur.

Quare dicendum est, Missam boni Sacerdotis simpliciter, & absolute omnibusque ritè perpensis, magis esse fructuosam, quam mali, gratius enim semper est munus quod offertur ab amico, quam quod ab inimico offertur. ita *Henriquez lib. 9. c. 18. nu. 5.*

Henriq.

Suar.

Nauarr.

Suar. in 3. p. tom. 3. disp. 77. sect. 3. Nauarr. c. 25. in summa n. III. & alij.

Cen-

Centesimoquingentesimoquinto petes. Vtrum Sacerdos, qui stipem accepit pro Missæ celebratione, satisfaciat Missam celebrando in peccato mortali?

R Espondetur, ex Henriquez lib. 9. cap. 21. nu. 4. Suarez loc. cit. sed disp. 86. sect. 1. & alijs satisfacere etiam si in peccato mortali celebret, vt patet ex dictis. Henriq.
Suar.

Centesimoquingentesimo sexto petes. Quisnam sit principalis offerens in hoc sacrificio.

R Espondetur, esse Christum Dominum, quia Christus nunc est etiam verus Sacerdos, & intercedit pro nobis, est conclusio definita in Concilio Lateranense sub Innoc. III. in c. firmiter de summa Trinit. & fide catholica, vbi dicitur, Christum in hoc mysterio simul esse Sacerdotem, & sacrificium, & in Trid. sess. 22. cap. 1. & 2. habetur eundem Christum, qui in cœna, & in cruce obtulit esse in hoc mysterio principalem offerentem. Concil.
Lat.

Concil.
Trid.

Probatur etiam clarè ex autoritate Chrysof. homil. 83. in Matth. loquens de Christo sic ait. [Non sunt humanæ virtutis opera, quæ tunc in illa cœna præstitit, ipse quoque nunc operatur, nunc; nos ministrorum locum tenemus, qui verò sacrificat, & transmutat, ipse] Chrysof.

366 *De miscellaneis pertinentibus*

August.

